

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XX**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE  
II PARS**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA  
et GEORGII STEEN JENSEN**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E    1 9 6 9**

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

---

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.

XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.

XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.

XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

---

ANTEMURALE, I-XII, Roma, 1954-1968

---





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**


---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XX**

**RES POLONICAE EX ARCHIVO REGNI DANIAE  
II PARS**

**ediderunt**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA  
et GEORGIUS STEEN JENSEN**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E      1 9 6 9**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

EDITIONEM CURAVERUNT:  
VALERIANUS MEYSZTOWICZ  
WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS

## I N D E X      R E R U M

	Pag.	V
Introductio . . . . .	»	5
Textus documentorum . . . . .	»	3
Index nominum propriorum . . . . .	»	261
Index chronologicus . . . . .	»	267
Regesta . . . . .	»	269
Tabulae . . . . .	»	325



## INTRODUCTIO

*Rerum gestarum studiosis porrigitur nunc volumen vigesimum nos-  
trae seriei, quod secundum est res Polonicas ex Archivo Regni Daniae  
continens.*

*Ordinem eiusdem Archivi (norma nostra iubente) sequentes, adducti  
sumus ad typis imprimendam immediate sequentem partem epistolarii  
regum, quod iam in volumine IX Elementorum incepit erat. In illo  
edidimus partem « Polen A.I.1. » Cancellariae Germanicae eiusdem Archivi,  
litteras Sigismundi I ac Sigismundi Augusti (1526-1572) continentem, nunc  
autem afferimus alias partes Archivi A.I.2. et 3. cum litteris Stephani,  
Sigismundi III, Vladislai IV, Ioannis Casimiri, Michaelis, Ioannis III, quae  
ad annos 1577-1696 referuntur. Hic notare iuvat: data in documentis Po-  
lonicis inde ab a. 1582 iuxta calendarium Gregorianum adducuntur, dum in  
Dania calendarium Iulianum usque ad a. 1700 adhibebatur, in Suecia vero  
usque ad 1753.*

*Deinde vero poterimus typis imprimere documenta maioris momenti,  
quae non erunt solae epistolae regiae, sed complebunt nostrum volumen  
IX, imprimis scripta quae ad tempora Sigismundi Augusti, ad eius negotia  
publica internationalia pertinent.*

*Litterae regiae, in praesenti volumine editae, de multis variisque rebus  
agunt.*

*Ex novem epistolis Stephani Bathorei magna eiusdem regis animi vis  
ac fortitudo apparet, cui non solum iura sua regia curae sunt, sed qui  
subditorum etiam tam suorum quam Danicorum, commodis, in difficultibus  
praesertim commercii maritimi negotiis, omni ope consulere studet.*

*Opus plane arduum est paucis verbis dicere, quae argumenta in 75  
Sigismundi III epistolis tractentur, quarum varietas omnino immensa  
apparet. Minoris momenti videntur esse scripta, ad liberum per Daniam  
transitum vinorum Rhenensium vel marmororum Belgicorum pertinentia,  
quae demonstrant eiusmodi mercium transitum per terras Germanicas,  
dato statu Imperii, tunc temporis minime perfici potuisse. Habentur quo-  
que commendationes servitorum regiorum vel defensiones subditorum per  
aquas Danicas navigantium. Non desunt denique complures epistolae re-  
gliae, de arduis rebus Sueticis tractantes, praesertim quod ad vindicanda  
iura ad regnum hereditarium Sueciae attinet; eiusmodi iura vindicare  
significabat etiam aliam sinistram in continuo adversus Moscoviam certa-  
mine tutam sibi ac securam reddere.*

*In 87 epistolis Vladislai IV eadem argumenta partim repetuntur. Prae-  
terea agitur praesertim de transportatione armorum ex Hollandia in Po-  
loniam, quae quidem quaestio non parvi momenti est belli Moscovitici  
tempore. Aliquae litterae Vladislai IV ad industias cum Suecis pertinent;  
studet rex Poloniae regem Daniae ad pacem in Imperio restaurandam  
participem reddere. Admodum mirandus est non exiguis numerus episto-  
larum, quae libertates civium Polonorum Danicorumque defendunt, in  
rebus praesertim commercii maritimi exercendi.*

*Habemus deinde 38 epistolas Ioannis Casimiri, quarum maximi valoris  
procul dubio eae sunt, quae ad bellum regis Sueciae cum Polonia et Dania*

*pertinent. Praeterea denuo tractantur quaestiones ad commercia ac vectigalia spectantes, de quibus iam praedecessores reges abunde egerant.*

*Volumen concluditur 21 epistolis Ioannis III, gloria ac splendore bellico plenis, tum praesertim cum victoriae Viennensis et Parcanensis triumphaliter enarrantur.*

*Maior earum litterarum pars hactenus typis impressa non fuit. Quod ad iam editas attinet, eas praesertim signandas duximus, quae a W. Czapliński in Actis Poloniae Maritimis, VII, Gedani 1951 et 1959 publici iuris factae sunt (A.P.M.).*

*In hoc volumine nostro, alias quam in omnibus praecedentibus, duo editorum nomina leguntur. Cuius rei causa haec est, quod pars documentorum lingua Suetica, quam ignoro, scripta sunt. Cl.mus Dominus Georgius Steen Jensen, linguae et historiae Polonae s. XVII gnarus, munus libenter suscepit omnia ea documenta ad editionem parandi, quae non latino sermone scripta sunt. Hac oblata occasione, ex animo salutamus iuvenem collegam, cuius opera valde utilis et optime promittens apparuit. Maxima gratiae quoque debentur Cl.mae Dominae Wandae Wyhowska De Andreis pro eius perutili collaboratione in documentis ad editionem praeparandis, proque correctione exemplariorum typographicorum.*

*Ceterum, regulas ab Instituto nostro hactenus observatas, fideliter sequi sumus. Litteras maiusculas et minusculas (nisi evidenter textus interpretationem corrumperent) intactas, sicut in manuscriptis, reliquimus. Ad signa interpunctionis quod attinent, hodie vigentes regulas plerumque observamus. Similiter litteram Germanicam « asperam S » geminata littera « s » (ss) transcribimus, « y » autem in textibus Suedicis sicut « ij », in latinis vero sicut « ii » scribimus.*

*Regnantium titulos prima vice occurrentes in extenso transcripsimus, deinde nonnisi prima eorum verba adduximus, abbreviatione « etc. » adiuncta. Brevitatis nostrorum regestorum causa omittimus in eis regum Poloniae alios titulos.*

*In indice primum latinas nominum formas, si ita in textu occurrunt, posuimus.*

*Institutum Historicum Polonicum Romae maxime gratum est Archivo Regni Daniae, quod pretiosa documenta investigare a nobis ac imprimere permittit, praesertim vero Clarissimis Moderatoribus Archivi, dr. phil. Sune Dalgård ac dr. phil. Henry Bruun et omnibus Archivistis, qui nobis suum doctum et benevolum auxilium atque hospitalitatem in opere nostro explendo praestiterunt.*

*Operibus ad Polonię spectantibus in eodem archivō, quae Cl.mus Dominus Koczy notatu digna invenit, addere volumus sequentia:*

**CZAPLIŃSKI W., Władysław IV wobec wojny 30-letniej (1637-1645) (Polska Akademia Umiejętności. Rozprawy Wydziału Historyczno-Filozoficznego. Seria II, t. XIV, nr. 3). Kraków 1937.**

**CZAPLIŃSKI W., Polska a Bałtyk w latach 1632-1648. Dzieje floty i polityki morskiej (Prace Wrocławskiego Towarzystwa Naukowego. Seria A, nr. 44). Wrocław 1952.**

**CZAPLIŃSKI W., Przyczynki do dziejów mecenatu artystycznego Zygmunta III (in *Sarmatia Artistica. Księga pamiątkowa ku czci Prof. Władysława Tomkiewicza*). Warszawa 1968 (pp. 95-100).**

**FRIDERICIA J.A., Danmarks ydre politiske historie 1629-1645, I-II, København 1876-1881.**

**PALME S.U., Sverige och Danmark 1596-1611. Uppsala 1942 (Diss.).**

C. L.

**Textus documentorum ex fasciculis  
« T.K.U.A., SPECIEL DEL. POLEN, A.I.2., A.I.3. »**



*N. 1.*

*In castris ad Gedanum, 8 Iulii 1577.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae,  
quem de incursione, in litore Pucensi facta, obiurgat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae Livoniaeque etc. nec non Princeps Transilvaniae Serenissimo Principi, Domino Friderico Secundo, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gothorum Vandalorumque Regi, Duci Slesnici, Holsatiae, Stormariae ac Dethmarsiae, Comiti in Oldenburg et Delmengorst, Amico nostro charissimo salutem plurimam, et mutui amoris ac omnium rerum continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Amice charissime.

Nuper ad littus Pucense ditionis nostrae ex navibus, quae Serenitatis Vestrae esse dicebantur, armati homines exscensionem fecerunt, damna subditis nostris dederunt, ac villam nostram combusserunt <sup>a)</sup>. Sparguntur praeterea a multis rumores, qui, si veri essent, non satis amicum animum Serenitatis Vestrae erga nos ac Poloniae Regnum demonstrarent. Quod nos, ut de Serenitate Vestra credamus, in animum inducere non possumus. Scilicet Serenitatem Vestram, cum nulla hostilitate provocata sit, commoda, quae ex bona vicinitate ad utriusque Regnum pervenire possint, spernere et ad bellum minime sibi necessarium devenire. Nos quidem quod nostram et Regni nostri Poloniae Civitatem a subiectione contra omnia divina et humana iura recentem ad obedientiam revocamus, facimus officium nostrum, ad quod sumus astricti, quemadmodum et Serenitas Vestra, omnes Regni sui Civitates sub obedientia eius retinere astricta est. Quod vero ad animum nostrum erga Serenitatem Vestram attinet, is talis fuit, ut cum omnium Regum atque Principum Christianorum amicitiam magni faciamus, tum vero Serenitati Vestrae, vicino Regi, iam inde ab inito Regno suis occasionibus omne genus benevolentiae declarare studierimus. Nec vero etiam nunc ab amicitia Serenitatis Vestrae refugimus. Quod itidem ipsam a nostra non refugere existimamus. Verum tamen summum cuiusque Regis munus est, Regnum suum sartum et tectum conservare, ac incolumentem subditorum sibi populorum procurare. Proinde Regis etiam officium est scire, non suspicari, quid de vicini Regis amicitia sibi polliceri debeat. Itaque post incommodum illud, quo districtus Pucensis affectus est, misso hoc Cubiculario nostro Nobili Martino Stradomski cum litteris nostris de his rumoribus atque damno ex navibus, de quibus supra scripsimus, districtui Pucensi dato, Serenitatem Vestram admonendam putavimus, ut simul intelligeremus, quae voluntas sit Serenitatis Vestrae, et utrum, ita ut nostra, ad tuendam bonam vicinitatem

prompta et parata. Tandem Serenitatem Vestram diu ac foeliciter valere optamus. Datum in Castris ad Gedanum, die VIII mensis Julii, anno Domini M.D.L.XXVII<sup>o</sup>, Regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo etc.*

*Alia manu: Stephani Poloniae Regis omnium primae litterae ad Fridericu[m] 2 Regem Daniae missae.*

*Productae Kronenburgi XXVI Julii Anno LXXVII.*

a) *in ms. combuserunt.*

N. 2.

*Mariaeburgi, 5 Octobris 1577.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae;  
adversus novas maioresque incursiones indignatur.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi, Domino Friderico Secundo, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice noster carissime.

Quae inter nos non ita pridem utrinque scripta sunt, arbitramur ea Serenitatem Vestram probe memoria tenere. Verum quo pacto milites Serenitatis Vestrae, qui in navibus ad litora nostra versantur, hoc tempore sese gesserint, et quae damna hostiliter nostris hominibus dederint, id Serenitati Vestrae significandum esse existimavimus. Illapsi igitur ii milites per profundum maris in lacum Hab dictum, primum in portum civitatis nostrae Elbingensis ex improviso irruperunt et quicquid poterant, id totum ferro et igni illic vastarunt, ac eiusdem civitatis aliquot villas exusserrunt <sup>a)</sup>. Mox ad alias vicinas villas et oppida nostra ad litora posita, nullis vero munitionibus septa, conversi, impetum in illa fecerunt, variisque direptionibus, depraedationibus et vexationibus, pecuniarumque violentis extorsionibus affecerunt; ac nominatim ab oppido Brunsberg quinque millia et ab oppido Framburg quatuor millia talerorum extorserunt. Nec vero ita grassandi finem imposuissent, nisi, adventantibus nostris militibus, in fugam se convertere et ad naves recipere coacti essent. Quamobrem cum hoc propter omnem spem nostram acciderit, non possumus id, quemadmodum Serenitas Vestra idem quoque facile conicere potest, non nisi graviter et acerbo animo ferre. Verum tamen non dubitamus, quin Serenitas Vestra, pro ea voluntate et studio, de quo nos per litteras suas certiores fecit, eas rationes sit initura, ut nobis et nostris hominibus memorata damna sarciantur. Mittimus autem Serenitati Vestrae exemplum litterarum ante damna data a praefecto illarum navium ad ea oppida, quae direpta sunt, scriptarum, ut Serenitas Vestra ex eo facilius perspiciat, quanta ea damna sint facta, quorum <sup>b)</sup> antea eiusmodi vis per litteras de-

nunciabatur. Et quoniam habemus nonnullos etiam captivos, ex numero eorundem militum, qui in proelio cum nostris hominibus commisso, capti sunt, ex iis etiam Serenitas Vestra, si id necessitas postulaverit, eiusmodi violentiarum et damnorum rationem omnem posthac planius cognoscere poterit. Bene valere Serenitatem Vestram et in omnibus foelicem et fortunatam esse cupimus. Datum in Arce nostra Mariemburgensi, die V mensis Octobris, Anno Domini M.D.LXXVII<sup>o</sup>, Regni vero nostri anno secundo.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico Secundo, etc.*

*Alia manu: Productae in Coenobio Sora 1<sup>a</sup> die Novembris anno LXXVII.*

- a) *in ms. exuserunt.*  
b) *in ms. quarum.*

N. 3.

*Leopoli, 14 Iunii 1578.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae;  
amicitiam suam Friderico protestatur eique equum dono mittit.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Friderico Secundo, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice charissime.

Accepimus Serenitatis Vestrae epistolam, e qua animum Serenitatis Vestrae amicitiae nostrae cupidum cognoscimus. Ea mens, id studium est nostrum, ut vestigiis Serenissimorum Poloniae Regum antecessorum nostrorum insistamus. Quibus quidem cum iam inde a multis saeculis amicitia non solum benevolentiae studiis, sed etiam foederum communione cum Serenissimis Daniae Regibus et Serenitate Vestra ipsa quoque semper firma constaret, neque nos ipsi ab eo sumus alieni, quin cum Serenitate vestra mutuam benevolentiam et amicitiam servemus et teneamus, idque non verbis, sed re ipsa, cum usus postulaverit. De equo autem uno atque altero quod nos Serenitas Vestra admonet, cum nos equis abundare existimet, in eo genere quippe libenter profecto Serenitati Vestrae gratificaremur. Sed hoc tempore complures tam inter nostros homines quam externos Principes distribuimus. Nihilominus quallem praesto habuimus, mittimus Serenitati Vestrae iuvenem quidem equum, sed ubi exercitum aliquod accesserit, non indignum stabulo Serenitatis Vestrae futurum. Cum autem ipsi pluribus eiusmodi equis opus habeamus, eorum causa in Ungariam, Turciam et Hispaniam misimus, qui postquam nobis adducti fuerint, non intermitteremus, quin digno Serenitate Vestra equo morem Serenitati Vestrae geramus, et non hoc tantum, sed etiam alio quovis studii et officii

genere Serenitati Vestrae optimam voluntatem nostram testari cupimus.  
Feliciter valere Serenitatem Vestram optamus.

Datum Leopoli, die XIIIII Junii, anno Domini M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>LXXVIII<sup>o</sup>, Regni  
vero nostri anno tertio.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo, etc.*

*Alia manu: Allatae Schanderburgi per Casparum Wiess. XXIIII die  
Septembris Anno LXXVIII<sup>o</sup>.*

N. 4.

*Varsaviae, 24 Februarii 1581.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae;  
rogat, ut Georgio Farensbeck, militem ad bellum Moscoviticum conducenti,  
tutum liberumque iter concedatur.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino  
Friderico Secundo Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Etsi ad eas litteras nihil dum responsi acceperimus, quas ad Serenitatem  
Vestram Generoso Georgio Farensbeck, superiore proximo Decembri  
mense dedimus, quibusque inter caetera a Serenitate Vestra expetivimus,  
ut Farensbeccio, qui operam, animi fortitudinem ac rei militaris scientiam  
plurimum nobis probavit, ad nos certis cum copiis revertendi, nobisque  
operam in bello hoc Moscovitico diutius navandi facultatem concedere  
vellet; tamen nobis persuademus Serenitatem Vestram id non invitam pro  
nostra inter nos necessitudine facturam esse adeoque eam facultatem  
Farensbeccio concessisse. Mittimus igitur pro ea persuasione nostra hoc  
tempore ipsi Farensbeccio litteras nostras, quarum fide certas peditum  
copiae nobis scribat ac conducat. Cum autem eum militem per ditiones maritimas  
Serenitatis Vestrae ad nos rectissime adductum iri animadvertemus,  
maiorem in modum postulamus a Serenitate Vestra, ut, cum militem  
illum Farensbeccius coegerit, ei atque ipsi militi per dominia ditionesque  
suas tutum iter concedat, ac si Farensbeccius ulla in re Serenitatis Vestrae  
auctoritatem opemque eo in negocio imploraverit, ut eam illi accommodet  
et hac in causa Farensbeccium clementer promotum et per se adiutum  
velit, quod nobis hoc facilius de Serenitate Vestra pollicemur, quo magis  
institutum hoc nostrum bello communem utriusque nostrum hostem diutius  
persequendi atque ad certam tutamque pacem adducendi ad Serenitatis  
Vestrae tranquillitatem commoditatemque spectare potest: nos quidem  
hoc omne studium, quod Serenitas Vestra ad hoc, quod litteris hisce  
expetimus, contulerit, mutua benevolentia et gratificandi promptitudine  
libenter compensabimus. Quod hostem nostrasque cum illo pacificandi ac-

tiones attinet, eius Oratores ad haec Regni nostri Comitia adduci curavimus, in quibus etsi ipsorum flagitatu saepius cum iis actum sit, tamen ea tantum, quae hostis, dum nos rerum in nostro Poloniae Regno potimur, in Livonia occupavit, redditum iri ostenderunt, reliqua Livonia se per mandata sui Ducis decidere posse negarunt, quod cum nobis ad arma deponenda pacemque suscipiendam satis esse non potest, omnemque Livonię usque ad veteres Moscoviae fines liberatam velimus, et illi descendere istuc recusarent, ipsos Oratores dimisimus, et ex omnium Regni nostri ordinum sententia bellum hoc decreta ditionum nostrarum biennii contributione continuare constituimus. Qua quidem in re ut nobis Serenitas Vestra pro mutua et amicitiae et vicinitatis necessitudine, tum pro causa contra utriusque nostri hostem communī consilio, studio omnique ope adsit, quemadmodum de eo Serenitatem Vestram pluribus per Generosum Georgium Farensbeccium appellavimus, iterum atque iterum expectimus et responsum a Serenitate Vestra expectamus. Serenitatem Vestram bene valere atque omni successuum<sup>a)</sup> felicitate florere cupimus. Datum Warsaviae in generali Regni nostri conventu, die XXIII mensis Februarii Anno Domini M.D.LXXXI, Regni vero nostri anno quinto.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo etc.*

*Alia manu: Productae Coldingae XVI<sup>o</sup> Martii anno LXXXI<sup>o</sup>.*

<sup>a)</sup> successorum in ms.

N. 5.

*Rigae, 26 Martii 1582.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae;  
Ioannem a Garonne, Gallum, per ditiones Danicas iturum, commendat.*

*(Orig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Friderico Secundo Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Fuit in nostris servitiis Nobilis Joannes a Garonne Capitaneus Gallus, omneque officium boni ac fortis militis implevit. Cum vero is per Regnum Serenitatis Vestrae iturus sit, postulamus pro mutua nostra amicitia, ut illi favorem suum ac benevolentiam demonstret. Quod Serenitatem Vestram tanto citius facturam existimamus, quod sciamus eum quoque Serenitati Vestrae bene notum esse et in illius servitiis bene versatum. Serenitatem Vestram bene valere cupimus. Datum Rigae, die XXVI<sup>o</sup> mensis Martii, Anno Domini M<sup>o</sup>.D<sup>o</sup>.LXXXII<sup>o</sup>, Regni vero nostri Anno VI<sup>o</sup>.

Stephanus Rex

Rigae, 24 Aprilis 1582.

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae  
de negotio navis Mauricii Scheueke.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Frederico Secundo, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Accepimus Serenitatis Vestrae litteras una cum Illustris Principis Domini Udalrici Ducis Megapolensium et Rostochiensium litteris in negocio navis Mauricii Scheueke in portu Warnemundensi, ab annis iam non paucis arrestatae, implicatae et postremo distractae, ad nos missas. Quoniam autem et Rostochienses una et acta ad eam causam pertinentia ad nos miserunt, non habuimus in praesentiarum quid Serenitati Vestrae responderemus, priusquam is, cuius hoc negocium est, ipse nimirum Mauricius Scheueke, ad nos advenerit et illum etiam ex altera parte audierimus. Quantum quidem ex actis ipsis, quae a Jurisconsultis nostris revisa sunt, nobisque de illis relatum est, animadvertisimus, causam antiquam esse constat, in foro judicij Rostochiensis actam et peractam et ita quidem, ut et navis Mauricio adiudicata et causa prorsus finita esse videatur, constareque videtur Rostochienses navem quidem actori adiudicasse, sed illi eidem tamen nec traditam, nec satisfactum esse nunc postulat Serenitas Vestra ad Illustrum Principem Ducem Udalricum, tanquam legitimum illius civitatis Magistratum, causam istam remitti, et repressales Serenissimi Antecessoris nostri Poloniae Regis concessas a nobisque confirmatas tolli, etsi videretur praeposterum in fine decisae causae ad aliud forum, in quo non fuerit antea de illa controversum, eam remitti. Tamen in neutram partem descendendum esse putavimus, donec ipse Mauricius ad nos vocatus fuerit. Quo praesente, quicquid erit aequitatis, quicquid denique ad singularis studii nostri erga Serenitatem Vestram et amicitiae nostrae mutuae declarationem pertinebit, lubenter facturi sumus. Etsi mallemus, ut ea res iam tandem inter partes iustis aliquibus mediis terminetur. Qua de re cum ipsi Illustri Principi Udalrico et Rostochiensibus uberius scribamus, non est quod ea de re pluribus cum Serenitate Vestra agamus. Bene et foeliciter valere Serenitatem Vestram ex animo cupimus. Datum e Civitate nostra Riga, XXIIII die mensis Aprilis, Anno Domini M.D.LXXXII, Regni vero nostri anno sexto.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo etc.*

*Alia manu: Productae Hafniae XVII die Iunii anno 82.*

*Responsoriae Regis Poloniae etc. in causa Mauritii Scheueken etc.*

N. 7.

Varsaviae, 6 Decembris 1582.

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae  
de causa Severini Hegelundt et Iacobi Schreiber cum Leonardo Kithlicz.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Causam Serenitatis Vestrae subditorum Severini Hegelundt Wiburgensis et Jacobi Schreiber Flensburgensis, cum subdito nostro Generoso Leonhardo Kithlicz Praefecto Cremonensi <sup>a)</sup>, quam nobis Serenitas Vestra per litteras suas commendaverat, ad praesens definire non potuimus, quod idem Kithlicz, cuius insimulatur iniuria, prorsus se immunem esse asseveret. Visum autem nobis est hoc negocium ad Illustrum et Reverendum in Christo Patrem Dominum Georgium Radzivil, Ducem in Olika et Nieswiesz, Episcopum Vilnensem et Locumtenentem nostrum in Livonia referre eidemque committere, ut ibi, ubi factum id commissum esse dicitur, illud recognoscat, reique veritatem in re praesenti hac in parte exploret et postmodum de eius statu nos informet. Prout iam ipsum ad eum relatum eidemque specialibus litteris nostris commissum est, posteaquam vero eo in negocio ab ipso Locumtenente nostro informabimur, nihil in nobis desiderari patiemur, quominus Serenitatis Vestrae subditis sua aequitas constet. Eandemque Serenitatem Vestram diu, bene et foeliciter valere optamus. Datum Warssoviae, die VI mensis Decembris, Anno Domini M.DLXXXII, Regni nostri anno septimo.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo etc.*

*Alia manu: Productae Haderslebiae XXIX Martii Anno 83.*

<sup>a)</sup> Kreemieniec.

N. 8.

Niepolomiciis, 14 Martii 1583.

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae  
quattuor equos dono mittit.*

*(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo, eadem gratia Divina Daniae etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.  
Literae Serenitatis Vestrae, quas nobis Nobilis Franciscus Rantzovius, Serenitatis Vestrae Aulicus reddidit, multis nominibus nobis fuerunt gra-

tissimae: tum quod iisdem Serenitas Vestra benevolentiam propensionemque in nos suam satis copiose testatam fecit, tum quod confidenter atque amice nos de equis gradariis requisiverit. Utrumque id singulari illius humanitati in nosque amori tribuimus, utque eidem Serenitati Vestrae in mutuae benevolentiae atque amicitiae officiorum declaratione reipsa respondeamus, omnem dabimus operam. Quamvis si unquam alias, nunc certe equis praestantioribus, quos in praeteritis Moscoviticis bellis fere omnes amisimus, plane destituti simus, ut tamen Serenitatis Vestrae desiderio nostro erga eandem studio satisfaciamus, mittimus eidem per eundem Serenitatis Vestrae Aulicum quatuor equos passus levioris, non omnibus quidem numeris absolutos, tantoque Principe dignos, sed tales, quos ad praesens ad manum habere potuimus. Eos, ut interim Serenitas Vestra grato velit suscipere animo, neque ab illorum vilitate nostrum in se benevolentiae officiorumque studium metiri ab eadem maiorem in modum petimus. Postea, cum praestantiorum equorum habebimus copiam, eorum Serenitatem Vestram faciemus partipem. Neque solum in re adeo exili, sed in maioribus officiis, ut illi gratificemur, Serenitas Vestra paratos nos habebit semper. Caeterum ad priores Serenitatis Vestrae literas adhuc Varsovia ante discessum inde nostrum Serenitati Vestrae respondimus, eaque spe sumus, hactenus iam illud responsum nostrum Serenitati Vestrae esse redditum: atque ex eo, quae mens sit nostra, iam Serenitati Vestrae constare; exactiorem porro intentionis nostrae declarationem iisdem in rebus Serenitas Vestra ex homine nostro, quem sine mora ad eam ablegabimus, cognoscet. Commendamus iterum benevolentiae et amicitiae officia studiaque nostra eidem Serenitati Vestrae, utque diu, bene et foeliciter valeat, ex animo precamur. Datum Niepolomiciis, die XIII mensisi Martii anno Domini M.D.LXXXIII<sup>o</sup>, Regni vero nostri anno septimo.

Stephanus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo etc.*

*Alia manu: Productae Haderslebiae VIII<sup>o</sup> die Maii Anno LXXXIII<sup>o</sup> Schickt Pferde.*

N. 9.

*Cracoviae, 14 Septembris 1583.*

*Stephanus rex Poloniae  
ad Fridericum II regem Daniae;  
de causa Christophori Bosch, regis Daniae subditi, a iudicibus Gedanensis-  
bus acta.  
(Orig. sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Stephanus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico Secundo eadem gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster charissime.

Quam causam subditus Serenitatis Vestrae civis Ottoniensis Christophorus Boschius agendum apud nos suscepit, cum ex litteris Serenitatis Vestrae, quibus diligentissime causam hanc eius nobis commendat, tum ex libello eius supplice intelleximus. Et si autem desiderium id eius prop-

ter et negotii ipsius, quod in cognitionem vocatur, gravitatem, et iustitiae aequitatisque rationem, etiam sine ulla cuiusquam intercessione, merito tantum apud nos valere debere facile intelligamus, ut ad id cognoscendum curam studiumque nostrum omne libenter adiungamus; cum tamen ad id Serenitatis quoque Vestrae diligentissima commendatio accedat, quod alias munera nostri ratione in hac subditi Serenitatis Vestrae accusatione iusticiae defuturi non eramus, nunc propter nostrum etiam erga Serenitatis Vestrae amorem ac mutuam eius erga nos benevolentiam eo magis faciendum etiam id nobis videmus. Quia vero negotium ipsum, de quo nihil antehac inaudiveramus, plane novum nobis accidit; quo quid ex iure hac in re statuendum nobis esset, facilius perspiceremus, id unum hoc tempore faciendum iudicavimus, ut mandata ad magistratum civitatis Gedanensis daremus, quibus, ut quomodo acta res esset, studiose inquireret, ac primo quoque tempore de ea nos edoceret, ei iniungeremus. Quod cum factum fuerit, libenter faciemus, ut et iusticiae quam possumus maximam et non parvam etiam Serenitatis Vestrae Commendationis rationem a nobis habitam Serenitas Vestra intelligat. Serenitatem Vestram quam optime valere cupimus eique omnium rerum felices successus optamus. Cracovia, die **XIIII** mensis Septembris anno Domini **M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>**, Regni vero nostri anno octavo.

Stephanus Rex

*Alia manu:* Productae Scanderburgae **IX.** Calend. Februarii Anno **LXXXIIII<sup>o</sup>.**

In negocio Christophori Busch Civis Otoniensis.

*N. 10.*

*Gedani, 17 Octobris 1587.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
a Friderico II rege Daniae  
petit, ut archiducem Maximilianum moneat, ne Regnum Poloniae turbare  
pergat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Serenissimo Principi, Domino Friderico Secundo, Dei gratia Daniae etc. Regi etc. Amico et Vicino carissimo Sigismundus III, Dei gratia electus Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, etc. Suecorum, Gottorum, Vandalarumque Rex designatus, Magni Principatus Finlandiae etc. haeres salutem et mutuae benevolentiae testificationem.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine carissime.

Cum huc Gedanum feliciter appulissetsemus, hincque a Regni Poloniae Ordinum Oratoribus honorifice excepti, iureiurando Reipublicae reddito Cracoviam profactionem pararemus, scribendum ad Maiestatem Vestram putavimus, ut nostram erga Maiestatem Vestram optimam voluntatem litteris nostris testaremur. Est enim is noster animus, ut in hoc Regno, haud magno interiecto Baltici maris spatio, Maiestati Vestrae vicino, amicitiam mutuaque cum Maiestate Vestra optimae vicinitatis officia colamus. Quod cum Maiestati Vestrae cum Antecessoribus nostris Poloniae Regibus pacatis convenientissimum sit, minime dubitamus Maiestatem Vestram etiam a sua parte studiose esse facturam. Caeterum non possumus in praesentia

Maiestati Vestrae non conqueri de Illustrissimo Principe Domino Maximiliano Archiduce Austriae etc., qui ab aliquot tantum, ac in iis spe et re profigata, nonnullis Rex nominatus hanc inanissimi iuris speciem armis prosequi parat, atque fines Regni nostri turbare vult. Quod quam inique faciat, Maiestas Vestra facile intelligit, cum nos non a quatuor Senatoribus, ut illius Illustritas temere renunciati, sed uno omnium ore, unaque tam praesentium in Comitiis quam absentium voce Rex creati, id Regnum adeamus, quod ex tanto tot hominum nobis nulla re obnoxiorum, pro nostra dignitate, consensu ab ipso Optimo Maximo Deo nobis destinatum esse iudicamus. Quapropter amice a Maiestate Vestra postulamus, ut quemadmodum Maiestas Vestra publica tranquillitate pro sua parte procuranda Christiani Principis officium sedulo tuetur, ita etiam Illustrissimo Archiduci Maximiliano auctor esse velit, ut ab istis consiliis desistat, quorum demum possit Illustratatem suam poenitere facile est enim turbas movere, sed semel excitatas haud facile sopire. Itaque si communia mala communesque clades ab hominibus Christianis (quod minime dubitamus) procul abesse Maiestas Vestra cupit, det operam, quantum auctoritate persuasioneque sua potest, diligentissimam, ut Illustrissimus Princeps Maximilianus hoc nostrum Regnum, quod suo iure libertateque nihil habet carius, quietum et tranquillum esse patiatur. Qua in re optime Maiestas Vestra auctoritatem studiumque suum collocabit, optimeque de pace ac tranquillitate publica merebitur. Quod reliquum est, cupimus Maiestatem Vestram diu felicissime valere. Datum Gedani, die XVII Octobris, anno Domini M<sup>0</sup>.D<sup>0</sup>.LXXXVII<sup>0</sup>.

Sigismundus Rex Electus

*In margine sup. alia manu:* Petitur Archiducem Maximilianum moneri, ne Regnum Poloniae turbare perget. 17 Octobris 1587.

*In dorso:* Serenissimo Principi, Domino Friderico II etc.

*Alia manu:* Sigismundi Electi Poloniae Regis litterae. Redditae Haderslebii 3 Novembris Anno 87.

N. 11.

Iczynki, 26 Ianuarii 1589.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de libera transportatione vini Rhenani.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque nec non Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex etc., Serenissimo Principi Domino Christiano eadem Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gotorum Vandalorumque Regi, Duci Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Dietmarsiae, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, Amico, Vicino et Affini nostro carissimo salutem et continentum foelicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Amice, Vicine et Affinis noster carissime.

Dedimus negotium Spectabili et Famato Jacobo Andreae, civi Gedanensi, fideli nobis dilecto, ut pro usibus mensae nostrae vina Rhenana, ubi commodius videbitur, coëmat. Quo in negotio Serenitas Vestra, ut illi autoritatem suam praestare velit, quo ille tot vasa vini Rhenani, quot pro conditione nostra Regia opus habebimus, coemere et libere terra marive, prout commodius videbitur, apportare et ad nos deducere valeat. Neque pro more inter Christianos Principes usitato teloneorum et licentiarum exactionibus illum ipsiusque mandatarium gravari et remorari a quoquam suorum patiatur, quin opem et auxilium, si qua in re eo opus habuerit, illi ne delegeat. Quo faciet rem nobis gratam et pari benevolentia, cum usus venerit, compensandam. Cupimus Serenitatem Vestram recte valere. Datae in oppido nostro Iczynki, die XXVI Ianuarii, Anno Domini M.D.LXXXIX, Regni vero nostri secundo.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano etc.*

*Alia manu: Bitt. Reinische weine Zollfrey Passiren Zulassen.*

N. 12.

Gedani, 9 Septembris 1593.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV Regem Daniae  
de eadem re.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae sicut doc. N. 11 cum his praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae  
civi Gedanensi

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano etc.*

*Alia manu: Productae Haffniae, 24 Maii 1594. 63. ahmen wein.*

N. 12.

Famato Ioanni Steinhalen

N. 13.

Cracoviae, 30 Aprilis 1595.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
Ioannem Nykirke, servum olim suum patrisque sui, commendat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Wij Sigismundus thenn Tridie med Gudz nåde konung till Pälen, storfurste till Littowenn, Rydzenn, Prydzenn, Masurenn, Samogitienn,

Kiouien, Wolhinienn och Liflannd herre, så och Sueriges, Göthes och Wenndes konungh, storfurste till Finnland, Carelenn, Wåtzkipetin och Ingermanland i Rydzlannd och öfuer the Ester udi Liflannd hertigh, tilbiude denn högborne furste her Christiern, Danmarckz, Norges, Gottes och Wenndes uthwald konung, hertig till Holstenn, Slesswijk, Stormar och Dijttmarsk, grefue till Oldenborg och Delmenhorst, vår synnerlige gode wänn och naboo, vår wenlighe och naboerlige helsenn, sampt huad mere kärt och gått wij förmå med Gudh alzmechtig nu och alltidh tilförende.

Högborne furste, synnerlige gode wänn och naboo.

Wij wele E.Kär:tt wenligenn och naboerligenn icke förhälle, att efter thenne brefuisere, vår unndersåthe af adell Hans Nykercke, huilcken wår salige her fader, högloflihg ihugkomelssse, månge år tient hafuer, sigh hafuer föresatt att begifue sigh uthur vår tienist och försökie sigh hoos annde herrer. Så medenn hann och synnerlig lust hafuer att tiene E.K:tt fram för anndre, derföre hafuer hann ödmiukeligen beditt oss om vår förfordingz bref till E:s Kär:tt, huilckett wij honom deste heller hafue gifue latidt, allthennstund wij och hafue pröfuet honom icke ware otienligh och elliest alltid förnummit hans troheett och fljtt, så lenge hann udi högbemelte vår her faders och vår tienist sigh förhollit hafuer.

Huarföre begäre wij af E:s K:tt naboerligenn wenligenn, att E:s Kär:tt will för thenne vår förfordingz skull lathe anname och bruke honom udi sin tienist, inthed tuiflenndes, att hann sin ödmiuke troheett, rätträdigheett och fljtt E:s Kär:tt alltid beuisendes warder, udi alle motte honom kann ware mögeliggitt. Och udi huad motte wij kunne ware E:s K:tt till naboerligitt god wille och wännskap, antingenn i lijke heller större saker, lathe wij oss der till alltidh finnes benägne.

Befalennedes här med E:s Kär:tt Gudh alzmechtig med all sin käre omvärdneder till all andeligh och timeligh welfärd, wenligenn naboerligenn. Schrifftuitt på vårt konung:e slott Crakou, denn 30 Aprilis anno 1595, udi vår regementz tidh här i Polenn på thet ottende och Sverige på thet annde.

Sigismundus Rex

N. 14.

Varsaviae, 16 Januarii 1597.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro responso accepto per missos suos gratias agit; causam Henrici Ramel  
in Comitiis se adiuturum pollicetur.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Wij Sigismundus medh Gudz nåde Sweriges, Gothes och Wendes konnungh, storfurste till Finnland, Carelenn, Wåtschipethin och Ingermanneland udi Rydzlannd och öfuer the Ester i Liflanndt hertigh, så och konnung till Pålannd, storfurste till Littouenn, Rydzenn, Prydzenn, Masurenn, Samogitienn, Kiouienn, Wolinien och Liflandt herre, tilbiude denn

stormechtige, högborne furste och herre, her Cristian thenn Fierde, Dannmarcks, Norges, Wenndes och Göttis konnung, hertig udi Slesswijk, Holstenn, Stormarn och Dittmarschenn, grefue till Oldennborg och Delmennhorst, vår besynnerlige gode wen och naboo, vår wennlige naborlige helssenn, sampt huadh mhere kärt och gott wij förmå medh Gudh alzmechtigh tilförennde.

Högborne furste, besynnerlige gode wenn och nabo.

Wij lothe E.K:tt naborligenn och wennligenn förstå, att denn förklarinngh, som E.K:tt munndligenn giortt hafuer, på huadh ährennder, wij hooss E.K:tt senest medh wäre trogne menn och sennde bud, edle och wälborne herr Carll Göstafsonn<sup>1)</sup>, vår stadhollere i Smålannnd, på Calmere och Öland, och vår secreterer Peer Rasmussonn, wärfue och ahndrage lathe, hafue wij uthaf förb:de vår secreterers underdånige berättelssse wijdöftigt förnummit. Och såsom E.K:tt udi sin schrifuelse medh förb:de Peer Rasmussonn förmäler, att E.K:tt förmoder sigh således hafue sigh emoot oss förklaret på samme vår legation, att wij dhermed<sup>a)</sup> wennligenn och naborligenn schulle ware tilfridz. Så kunne wij E.K:tt derpå naborligenn och wennligenn icke förholle, att the suaar, som E.K:tt hafuer oss medh oftb:te wärtt sennde budh Peer Rassmussonn Secreterere tilbakesenndt, sampt annen wännschap och benägennheet, wij udaf E. K:tt förmedelst samme legation hafue förnummit, är oss icke allenes behage-liget, uthann ochså kärt och tacknemliget, såsom dedh som oss är weder-faredh icke udaf vår besynnerlige gode wenn och nabo, uthann af vår broder. Huarföre wij och E.K:t broderligenn och wennligenn här medh wele hafue betacket.

Huadh wijdere denn andre E.K:tz schrifuelsse tilkommer, belann-gendes een summa penninger, som E. K:tz troo mann, rådh och tysche canntzler, oss elscheligh, ädle och wälborne Henrich Ramell, hafuer att kräfie här i wärtt whalkonnungerijke Pälenn, är oss och medh synnerligh fljäth commandation underdånist öfverandtwardedh af oss elschelig wär troo mann och hoffrådh, ädle wälborne herr Anders Keyt, frijerre och riddare till Dignewall i Skottland och Färsholm i Suerige, sampt oftb:te vår secreterer Peer Rassmussonn. Och enndogh wij icke på denne tijdh, huru gerne wij dedh och göre wille, fulkomligenn kunne oss på för:ne gäldsaack förklare, efter ährenndet är fast gammelt, kommer icke oss heller allene widh att gifue där enndtlich resolution på, uthann menige rijkzenns stennder i Pälannnd och Littouenn måtte och gifue theres sam-tycke och bewillinng dhertill. Må E.K:tt leel fulkomligenn förläthe sigh dedh till oss, att huadh wij för rättsiensnes och E.K:tz schull göre kunne medh sampt rijkzens, der wele wij ingen fljät hafue ospardh udi. Och der förb:te Henrich Ramell will medh sin fulmechtige lathe besökie denn rijkzdagh här i Pälenn, som een måned här efter schall begynnes här i Warsaw, wele wij beflije oss der om, att hann schall komme till enndtligt besluth medh saakenn, där hann schall wethe sigh efter rätte.

Och udi huad måtte wij eliest kunne bewijse E.K:tt och E.K:tz undersåther dedh, som denn naborlige correspondentz, gode wilie och benägennheet fordrer och kann ware lijkmatigt, som oss och E.K:tt och begges wäre unndersåther och konnungerijker emellen hålles bör efter denn stetinsche ewigwarennde fridzförbunnd, dher till schall E.K:tt altijd befinne oss godwilligh och benägenn. Udi denn fulkomlige tilförsicht och förhopningh E.K:t och warder görendes thet samme på sin sijde, att dedh, som nu oss emillenn wäl är påbegynt, måtte medh alt gott förökes och bekrefftiges, efter som E.K:tt oss dett hafuer tilbiude latidt.

Befalendes här medh E.K:tt medh E.K:tz höge omvärdned Gudh alzmechtigh till lyckligit regemennte, godh helsse och wälmöge, sampt all andeligh och timeligh wälfärdh, wennligenn naborligenn. Schrifuit i Warsaw denn 16. Januarii anno 1597.

Sigismundus Rex

*In dorso:* Denn högborne förste och herre, herr Christian thenn Fierde, Danmarckz etc.

*Alia manu:* Er registerit.

a) med *add. sup. lin.*

1) *scil. Karl Gustavsson [Stenbock].*

N. 15.

*Varsaviae, 19 Iunii 1597.*

*Sigismundus III rex Poloniae*

*ad Christianum IV regem Daniae;*

*Andreae Keith, ad navem «Auream Columbam» dictam iura sua vindicanti, fautorem se protestatur.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus med Gudz nåde Sweriges etc. konung etc., så och konung udi Polenn etc., tilbiude denn stormechtige, högborne furste och herre, her Christiahn <sup>a)</sup> then Fiärde, med Gudz nåde Danmarckz etc. konung etc.

Högborne förste, besynnerlige gode wenn och naboe.

Wij göre oss ingenn twijfuelsmåhl, E.Kär:tt skall iu någott vara wetterligitt om denn gamble wijdlöftige saack, oss elskelig vår tro mann, unndersåte och hoffrådh, denn edle, wälbornne her Annders Keith, frijherre till Dignawall och riddere till Forssaholm hafwer öfwer fem och tiugu åhr haft att thale och fordre opå udi Danmarck. Nemligenn om ett örligsskep med kåpperstycker och krigzmunition wäll uttrustedt, Gyllenedufuen benempd, som wälb:te her Annders på sine och sine rytteres förtiännte besoldningh udi Sverige hade fhått udi betalning utaf vår salige, käre her fader (christeligh och höglofig i åminnelse) konnung Jahan för trättonn tusenn rijckzdaler. Och änndog för:te her Anders hafwer med åthskillelige budh och befordrinngzschriften giordt annfordring udi Danmarck hoos E.Kär:tz (och christeligh och höglofig ihugkommelsze) salige, käre her fader, konung Frederich, så och hoos rijckzenns rådh i Danmarck, icke uthann stor möde och swår umkostenn i så månnge åhr, der på till thett minste halfue summen är urgångenn <sup>b)</sup> och förspijltt, är hann leel icke allenest till ingenn god ännde der med kommin, oannseett att både hög:te potentater, bågges wäre käre herfäder, desslikes bågge rijkernes gode männ och rådh på både sidjer, så myckit der om giortt och sigh bemödt hafue. Är och efter wijdlöftig unnderhanndling på sidstene så

wijdt kommitt, at någre af wälb:te gode herrer Danmarckz rijckzrådh, efter hög:te konung Frederichz befalning, huilkenn högb:te konungh Jahan till wilie och naborlig wälbehaag på hans m:ts mangfallige wennlige förschrifter, så och för rätwijsenes skuld, hafuer sigh der till beweke latitt, hafue med deres breef och segell, huilkett ännu är tilstädés, och wij sielfue seet och läsit hafue, giort wälb:te gode herrer Sveriges rijkes rådh fulkommelig förtröstning på betalningenn <sup>1)</sup>.

Utahnn i fiord om höst när åfgeb:te her Anders Keith, allenest för samme saackz skuld, war siälf dragenn till Danmarck udi denn fulkomelige förhopning någott fruchtbarligitt hoos E.Kär:tt udi sitt rätfärdige ärennde att skulle hafua förmått utträtte, blef honom udaf hofmesterenn <sup>2)</sup> och cantzelerenn <sup>3)</sup> all wijdere förmödenn på någonn restitution platt afslagenn, så att hann ud af denn saack slätt intett wijdere skall hafue i Dänmarck at wännte. Hwarföre efter sådannt är honom öfuer all tilförsicht och, som han meener, emott rätt skeet, befinner hann sigh der udi högeligenn beswäredt. Och hafuer för thenn skuld unnderdånist besöcht oss om vår nådige befordringh hoos E.Kär:tt, huilkenn wij, för denn besynnerlige benäggnheet wij äre honom, såsom vår och Sveriges rijkes trogne och wälförtiannte man och unndersåte, med bewågne, icke hafwe wist honom att förvägare. Och efter om E.Kär:tt icke annedt är till att förmöde, änn att E.Kär:tt skall iu gärne göre dett rätwijs är, och i denne saack för all ting bör öfwerwages och betrachtes, hwad som tilförende udaf bågges wäre salige, kåre herfäder, hög:te konunger i Sverige och Danmarck, tesslikes bagge <sup>2)</sup> rijkernes gode männ udi denne saack uttlåfwett och begynnt är, så och hwad som gode wenner och naboer, där rätt och sanskylligh tilförsicht, wennskap och correspondens emillenn är och holles, denn ene den andre till ähre och wilie bör och göre kunne.

Bidie wij derföre och naborligen och wennligenn begäre, E.Kär:tt wille för våre skuld, annseendes denn uprättede wennskap och tilförsicht oss och våre rikrer och unndersåter emillenn wara bör, så och monge anndre lägennheeter, som sigh udi denne saack reede begifuitt hafue och hännde kunne, ähnnu tage dette ärenndet udi rätmäktigt betänckiennde, late sigh der om rätwijsligenn och nødorfteligen unnderwijse och berätte och sedenn der udi göre beslute, hwad E.Kär:t sielf befinner ware både skäligidt och tilbörligitt. Och der E.Kär:t då seer och förnimmer, att denne saack till ewenntyrs kann med a fwund och obenäggnheet hafue waret beswärett, och derföre så lennge blefuen uppehollemn och förlänngedt och nu på sidstene platt uttslaginn, E.Kär:tt wille då deruthi hafwe ett konungligitt och rätwijs innseennde och nu denne gänng för alle (efter ofte och wälb:te her Annders är nu på reesenn ått Skottlannd och warder E.Kär:tt här om ödmiukeligen med denne vår naborlige wennlige och fljttige intercession besökienndes) göre een sådana ännde der på, att först och frempst E.Kär:tz lust och wilie till rätwijs, så wäll här efter som ifrå E.Kär:tz regementz begynnelisse, motte deraf spöries och berömes. Sedenn och att så monnge höge och myndige personers befordringer, som för dette ärenndett skuld skedde äre, och icke border achtes alle ware gjorde i eenn orätwijs saack (elliest kunne och dñe lyffté och tilsäjelsser, som på betalningenn uthaf hög:te konung Frederich och hanns kär:tz gode männ och rådh äre skedde, såsom och denn rinnge betalningh udi skytt som her Annders för någre åhr på een rächning bekommitt hafwer af archelijedt i Danmarck <sup>4)</sup>, synes wara orätwijs) icke aldeles motte wara fåfennge och förtappede.

Begäre och här medh naboerligen och wenligen, E.K:tt wille ännu ytterligere för wäre schuld, godh wenskap, willie och naboerskap till yttermere styrkie lathe göre then förordning, att förb:te wäre undersåter alle, både the som alleredhe äre weckne in i E.K:tz kongerijker och fursten-dömer, eller och än här effter sig ther in warda begifuendes, måtte ther sammastadz hafue och niuthe godh säkerheet, fridh och förswar then tiden öfuer, som the sig ther för skielig betalningh wele och kunne förholle, efter som wij framdelis genom wäre sendebud både ther om och flere saaker wele medh E.K:tt förhandle lathe. Ther som och förb:te hertig Carll worde besökiendes E.K:tt anten genom budh eller schrifuelser och begärede, att förb:te wäre uthweckne trogne undersåter någre eller alle motte stelles honom uthi E.K:tz kongerijker till rätte. Så wele wij här medh hafue af E.K:t naboerligen och wenligen begäret, att sådant iche måtte honom tillatidt blifue, aldenstund hufudorsaken till huad tilltaal, förb:te hertig Carll förmener sig hafue till dem, gäller oss opå och skeer förnemligest för thet, the widh then eedh och troheet blifue wele, som the är oss medh förplichtede, och sig af honom iche längre wele förföre eller bedrage late. Sådanna E.K:tz dem alle och huar för sig i synderheet bewijste gunstige och nådige befordringh wij optage för stoor welgerning, wele och den igen wete medh E.K:t naboerligen och wenligen att förskylle, och så snardt Gudh hielper oss till vårt arfrike igen, ther om wij wele oss medh alfuar befljite, wele wij lathe ded E.K:tz undersåter til gode åthniute. Och elliest genom vårt sendebudh så afhandle lathe om E.K:t och E.K:tz undersåters lidne skada och förtree, som vår orolige, apro-rische lähnsfurste hertig Carll, E.K:tt och E.K:tz unndersåter tilfoget hafuer, att E.K:tt schall der till hafue ett wenligt och naboerligit åthñoje. Huilket wij E.K:tt naboerligen och wenligen iche hafue weledt förholle.

Befalendes E.K:t sampt E.K:tz elskelige käre husfru och drottning och högbornne lifzerwinger<sup>1)</sup> här medh och altijd uthi Gudz then alzmechtiges milde schydd och beskerm til långwarig lifz sundheet och welmåge, så och fridsamt roligit och lyckesamt regemente, naboerligen och wenligen. Schrifuitt på vårt kong:e slott Crakou then 27.Januarii år 1604.

Sigismundus Rex

*In dorso:* Denn stormechtige, högbornne furste och herre, her Christian then Fierde Danmarks etc. konung etc.

*Alia manu:* Redditæ Haderslebiæ 16.Februarii anno 1604.

1) scil. Christian

Haderslebiae, 24 Februarii 1604.

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
postulationi Sigismundi regis, ut profugi Suecici in ditionibus suis a Ca-  
rolo accusari nequeant, nullatenus satisfacere potest.  
(Exemplar) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wy Christian thennd Fierde med Gudz naade Danmarckis, Norgis etc., thilbiude denn stormegtige, hiøgbaarne furste oc herre, her Sigismundo Suerigis, Gottis oc Wenndis konungh, woris besønnderlig gode wenn oc naaboe, wor naaboerlig wenlig helsenn, med huis mehre kiert oc gaat wij formaa med Gud aldmegtigste altid tilforne.

Hiøgbaarne furste, besønnderlig gode wenn oc naaboe.

Epther en part Suerigis rigis undersaater aff addel oc annde, for adschillige aarsager schyld oc paa underschiedlige tider did ud aff riget ere undtuigte oc uddragne, ere bleffne aff oss forunndt oc thillaadt sicher oc fredlig at forholde dennem her udi wore riger oc lande. Huilcket oc icke aldene Eders Ker<sup>ett</sup> thill sønderlig wilge oc welbehaug haffuer optaget, medens sig ocsaa erbødet det udi frembtiden emod oss oc wore rigers undersaater med alld naaboerlige wilge oc <sup>a)</sup> wenskab igien at forschylde. Det haffuer wij aff Eders Ker<sup>r</sup> schriffuelse, daterit Crackow den 27 Januarij sist forleden, wittløfftiger forfarit.

Oc epther adt oss nochsom er bewust den store elendighet forne Suerigis rigis undersaater nu en tid lang haffuer werit met bethunget, huilcken dennem oc til saadan deris landflugt oc uddragelse haffuer for-aarsagett, haffuer wij udaff en christelig betenckende saadan deris sorg oc gienuordighet oss naadigst til sinde ført, oc derudinden fast mehre hafftlyst oc wilge till, saa widt wed billige middell oc weie schie kunde, saadann deris jammer at formindsche ennd den at formere oc forøge, oc er det oss aldielis kiert, att sligt aff E.Ker<sup>ett</sup> udi enn goed mieningh optagis.

Dett Eders Ker<sup>ett</sup> begierer, att wij icke wille tilstede, det forbemelte unduigte Suensche udi wore riger oc lannde schulle tilholdis att staa herthug Carll hans ker<sup>ett</sup> till rette, for huis hans ker<sup>ett</sup> dennem kunde haffue at beschylde. Daa eptherdi wij udi wore riger oc lannde icke kunde weigre <sup>b)</sup> eller <sup>c)</sup> benegte nogen loug oc dumb emod huis louglige tilthale oc beschylding en part kannde haffue till denn annden, nhaar der met louglig bliffluer procederit, saa kund wij derudinden til saadan Eders Ker<sup>etz</sup> begiering icke beulige eller samtøcke. Dog schal E.Ker<sup>ett</sup> ingenlunde derpaa tuiffle, att dersom enten hiøgbet<sup>e</sup> furste eller nogen anden haffuer tiltale eller beschyldingh til nogen Suerigis rigis indbygger, eddel eller ueddel, her udi wore riger, skal <sup>d)</sup> dennem aff de dommere, som samme sag at forhøre oc derudi at dømme bliffluer deputerede, icke andit wedefaris, end huis billigt oc rett er. Dette wij Eders Ker<sup>ett</sup> til naaboerlig oc wenlig suar icke haffue willet forholde. Oc udi huiss maade wij ellers kunde beuise E.Ker<sup>ett</sup> naaboerlig [etc.].

*Alia manu:* Datum Hadersløffhuss 24.Februarii anno 1604.

- a) welbehaug *expunct.*
- b) oc *expunct.*
- c) eller *add. in marg.*
- d) den *expunct.*

\* Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1601-  
1610, fol. 323 r. - 324 r. (Pars Externa Can-  
cellariae Danicae. Acta Suedica).

N. 47.

*Cracoviae, 30 Septembris 1604.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11, cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

N. 47.

Famato Iacobo Andreae, civi  
Gedanensi

Egregio Cornelio Franczen, ne-  
gotiatori Coloniensi

*In dorso:* Serenissimo Principi, Domino Christiano IIII etc.

*Alia manu:* R. Haderslebii 28 Octobris 1605. Assensum.

N. 48.

*Varsaviae, 30 Maii 1606.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de eadem re.*

(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. 11, cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

N. 48.

Famato Iacobo Andreae, civi  
Gedanensi

Egregio Cornelio Franczen, civi  
Coloniensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

pro usu nostro vini Rhenani vi-  
ginti duo plaustra, vulgo Zolfs-  
der dicta

Vilnae, 17 Augusti 1609.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de cive quodam Danico, subsidium bellicum offerente, a se excepto et  
remissio.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano IIII eadem gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Venit hoc tempore ad nos, cum litterarum Serenitatis Vestrae commendatione, strenuus Iacobus Sandelandis ad bellica munia obeunda suam nobis operam deferens. Sane et ipsum libenter vidimus, cum propter commendationem Serenitatis Vestrae, qua singularem militarem laudem illi tribuit, tum propter addictum obsequiis nostris studium ipsius et Serenitatis quoque Vestrae singularem ac perpetuum erga nos amorem et benevolentiam ea in re agnoscimus, quod bellicae nos expeditioni intentos iis viris auctos esse cupiat eosque nobis commendat, quorum spectata in negotiis muniisque bellicis virtus et industria nobis quoque usui plurimo esse possit. Caeterum eo tempore ad nos venit idem Sandelandis, cum instructi ex utraqua gente dominiorum nostrorum, Polona nimirum et Lituana, necessario milite eiusque praefectis in procinctu iam versaremur. Cum itaque neque susceptae expeditionis ratio, neque hyemis proxime iam instantis tempus patiatur expectari diutius militem eum, cuius in usus nostros sistendi spem nobis facit, dimittimus eundem ad Serenitatem Vestram et grato animo syncero Serenitatis Vestrae erga nos amoris affectu eiusque significatione et benigne tam prompto eiusdem Sandelandis in nos studio accepto; cuius sane rei contestandae nullam occasionem sumus praetermissuri. Exoptamus Serenitati Vestrae omnem a Deo prosperitatem. Datum Vilnae, die XVII mensis Augusti, anno Domini MDCIX, Regnorum nostrorum Poloniae XXII<sup>0</sup>, Sueciae vero XVI<sup>0</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae bonus frater

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IIII, etc.*

*Alia manu prope sig.: Jacobus Sandelandis.*

*Item alia manu: Redditae Haffniae 6 Septembbris 1609.*

*In castris ad Smolenscum, 26 Februarii 1611.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut Christianus odium suum in Suecos retineat; sperat, bello Mosco-  
vitico confecto, Sueciam se recuperaturum.  
(Orig., sig. vest.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus mädh Gudz nåde Sweriges etc. konung etc., så och konung i Polen etc., tilbiude den stormechtige, högborne furste och herre, her Christian then Fierde Danmarks etc. konung etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och naboe.

Wij kunne icke underlathe E.K:tt här med naboerligen och wenligen tilkennegiffue, att oss är förekommet om edt prentedt patent, som E.K:tt hafuer till stenderne udi vårt arffrike Sverige utthgå latidt, therudinnen E.K:tt sig beswärer öfwer then öfwerlast och intrång, som vår otrogne och oproriske lähnsfurste, hertigh Carll, nu någre samfelte förledne åhr E.K:tt på sine regalier och andre rättigheeter tilfogett hafuer. Och E.K:tt nu förmedelst för:de patent endeligen begärer, att sådent uthan wijdere förhalning och opskuf måtte re et facto afskaffedt warde, såframtt E.K:tt icke förorsakes att företage de medell, som till saaken kunne tienlige och af nödhenne ware. Så är thet wäll troliggitt, att för:te hertig Carll icke warder hafue någen sky före att tilfoge och ahnmode andre, hwad honom effter hans begärlighet och åtråa kan komme udi sinnet. Aldenstundh han dett ingen försyn hafuer haft att handle emott oss, som är hans laghmäti ge öffuerherre, hwilken han och medh troheetz eed är förplichtet, så wäll effter arfföreningen udi Sverige, på dett åhret 1544 oprätted, så och effter vår faderfaders (högläflig ihugkommelsse) konung Göstafs effterlatne och af alle rijkzens stender samtychte och wedtagne testamentz ordningh, såsom och effter Sweriges laag och hans egen oss giorde liflige eed opå vår kongelige cröning. För hwilke orsaaker och elliesth oss icke borde läggie oss utth, för förbe:te hertig Carll någen hans tilstundende fahre, olycke och skade att afställe eller förhindre.

Män effter ther wedh och henger vårt arffrijkes och alle dess inbyggieres wälfärd, den oss bör udi alle måtte befordre och främie så mykitt, oss kan stå till att göre, besynnerlig att icke någett måtte bluffe företagedt, som oss och wäre effterkommender nu eller i framtidhen kunde komme till skadhe eller förfång. Så är här medh vår wenlige naboerlige begären, E.K:tt wille medh allt fiendtliget ahngrep på Sverige bestå lathe, aldenstund förmödeligt är, att sakerne genom fogelgere medel kunne bluffe aflagde och afhandlede, betrachtendes att för:ne hertig Carll icke lagligen eller ordentligen till regeringen udi Swerige kommen är, uthan först genom list och bedrägerij och nu seden genom wåld för:te regering udi förledne åhr usurperet och sigh tilägned hafuer. Hwarföre och E.K:tt icke heller (thed oss wetterligit), till dess dette E.K:tz patent utthgåget ähr, hafuer wyrdet honom med någen kongelig tittel, hwilked E.K:tt för den wenskap och gode naboerlige tilförsicht oss emellen är och oss till willie än här efter så framgeenth göre wille.

Och ändog wij udi förledne åhr åfthe nock hafue der effter trachted, att wij förlängst hade måth stächt för:te hertigh Carls tilwällede och usurperite regering och inhempte vår rätt och arflige ägandom igen. Så äré dogh sådenne wichtige hinder här i vårt wahlrike Polen genom åthskillige beswärligheeter infalne, att wij ähn härtill icke hafue kommed dess widh samme vårt upsåth met alfwar udi wärket att ställe. Män så förmode wij, att thette muskowitiske krig med Gudz hielp snart een godh ände gripe skall, att wij då seden uthan mindre hinder alla wäre handlinger derheden ställe och foge kunne, thet wij vårt arffrike måtte åther bluffe mechtige igen. Och förwente wij med denne vår hoffjunker här opå E.K:tz gode wenlige och naboerlige swar tilbake. Såsom och wij på vår sijde theremotth igen gerne göre, hwadh wij wethet E.K:tt ware till willie och welbehaag.

Befalendes E.K:tt sampt E.K:tz elskelige käre huusfru och drotning nu här med och altijd udi Gudz alzmechtiges milde skydd och beskerm till länghwarig lijffs sundheet och welmåge, andelig och timelig wälfärd,

så och idt fridsampt regemendte och lyckeliggtilstånd, naboerligen och wenligen. Datum i vårt feldläger under Smolenscho den 26.Februarii <sup>a)</sup>  
anno 1611 <sup>b)</sup>.

Sigismundus Rex

- a) 26. Februarii add. posterius.  
b) udi delet.

N. 51.

Varsaviae, 6 Februarii 1612.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11 cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

N. 51.

Egregio Iacobo Pfreund

viginti quatuor vini Rhenani  
plaustra, vulgo Zolfuder dicta

N. 52.

Vilnae, 31 Augusti 1612.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de eadem re.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Textus identicus ac N. praecedens, sed post verba «Zolfuter dicta» addi-  
tum est «aliaque nonnulla».*

Varsaviae, 23 Novembris 1616.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut servitor Gustavi Adolfi, Bent Arvedsson, a Christiano prohibeatur,  
quominus fundo suo hereditario illegitime potiatur, qui quibusdam  
Nils et Lindorm Posse donatus erat.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus medh Gudz nådhe Swerigis etc. konungh etc., så och konungh i Pählen etc., tilbiude den stormechtige, högborne furste och herre, herr Christian den Fierde Dannemarks etc. konnungh etc.

Stormechtige, högborne konungh, besynnerlig gode wän och naboe.

Wij kunne E.K:tt naborligen och wänlichen icke förhälle, att våre trogne män och undersåther, edle och wälbördige Nilss Pässe till Gäddelholm och Linder Pässe till Såthenäs, hafue underdänlichen lathidt giffwe oss till känne, huruledes herttigh Gustaff Adolffs tiänare, Bencht Arffwedson widh nampn, haffwer icke allena understått sigh på sin herres wägna at wederkännes någre våre arffwegodz uti E.K:tz konunghrike uti Norre Halland belägne, huilke arffwegodz wij wälb. Nilss och Linder Posse uti deres lijffstidh nådeligen förlänt haffwe. Uthen och både skriffteligen såsom mundtligent wedh Fahråas häredzung, uti månge både adelspersoners och andre ährlige mäns närvare, emott bemältte Nilss Posses fulmächtiger ohöffligen medh månge otilbörliche skällordh ehrlige män försmädet haffwer. Och effter samme godz och gärder ärre vår egne arffwegodz, huilke wij effter högläfflig i åminnelnsse, vår saalige kähre herr fader, konungh Jahan, ärfft haffwe, så welle wij samme godz icke lathe oss dem ifråtage.

Och effter wij inthedh tuifle, att E.K:tt inthedh behage, att sådennit uti E.K:tz kongerijke skee skulle, därföre begäre wij naborligen och wänlichen, att E.K:tt oss till willie och för siälfwe rättwisan skuldh icke tilstädie, att förb:te Bencht Arffwedson uti E.K:tz kongerijke yttermehre wäldh på våre arffwegodz eller mehre sin mottwillighet öffwe måtte, uthen de, som af oss samme godz bekommit haffwe, måge niuthe den rätt och frijhet, som andre ridderesmän uti E.K:tz kongerijke niuthe på dätt, som them tilhörer. Wij welle uti lijke och andre måtte finnes wällwillige E.K:tt all godh, wänlig och naborlig willie och benägenhet att bewisse.

Befallendes E:s K:tt nu här medh och altidh uti Gudz alzmechtiges milde skydd och beskärm till all långwarigh lijfs sundheett och wällmäge, naborlig och wänlichen. Skriffwitt på wärtt kongelige slätt Warschow den 23. a) Nouemb. anno 1616, uti vår regemäntz tidh i Pählen dät XXIX och i Sverige dät XXIII.

Sigismundus Rex

*In dorso: Den stormächtige, högborne furste och herre, her Christian den Fierde, Dannemarks etc. konungh etc.*

*Alia manu: SKM*

a) 23 add. posterius.

N. 54.

Varsaviae, 13 Februarii 1617.

*Sigismundus rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut duo Noldiorum caedis complices debite puniantur.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Intelleximus ex certorum virorum relationibus Ioannem Linstovium  
et Carolum Loquinum caedis Noldiorum fratrū, Nobilium Ducatus nostri  
Curlandiae et Aulicorum nostrorum a satellitibus Ducis Vilhelmi eiusdem  
iussu, Mitoviae, tempore conventus publici, noctu crudeliter perpetrateae,  
complices et cooperatores, in Civitatem Osiliensem fugisse, ibidemque se-  
curitatis causa nunc latere ac ulteriore fugam moliri. Quare cum eam  
caudem in Comitiis Regni nostri ad citatis Ducibus, perpensa delicti magni-  
tudine, ex praescripto iuris communis vindicaverimus, ne tamen hoc atrox  
facinus complicibus et cooperatoribus impunitum abeat, amanter a Sere-  
nitate Vestra postulamus, ut memoratos Carolum Loquinum et Ioannem  
Linstovium, qui in dominiis et ditionibus Serenitatis Vestrae latent, com-  
prehendi ac carceribus mancipari iubeat, nobisque ea de re significet. Rem  
iustitiae et aequitati consonam, nobisque gratam, mutuisque studiis et  
officiis rependandam Serenitas Vestra fecerit. Cui prosperos rerum <sup>a)</sup> diu-  
turnamque incolumitatem a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XIII  
mensis Februarii, anno Domini MDCXVII, Regnorum nostrorum Poloniae  
XXX, Sueciae vero XXXIII Anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus vicinus

Sigismundus Rex

a) *probabiliter omissum verbum: successus.*

N. 55.

Varsaviae, 15 Septembris 1617.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11, cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus ha-  
bebimus

N. 55.

Famato Hermanno Eibing, civi  
et subdito nostro Gedanensi

viginti quatuor vini Rhenani  
plaustra, vulgo Zolfutter appellata

Varsaviae, 1 Februarii 1618.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de Gustavo Adolfo, regnum Sueciae illegitime occupante.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Rediit ad nos Magnificus Ioannes Weyher, Palatinus Mariaeburgensis,  
Legati munere apud Serenitatem Vestram nostro nomine functus, retulitque nobis, qua humanitate illum Serenitas Vestra exceperit, quam honori-  
fice tractaverit, quam benigne ea, quae nos illi in mandatis dederamus,  
audierit, et quantopere in omni actione studiosum nostrae amicitiae se  
esse declaraverit. Gratum id nobis accidit; vicissimque daturi sumus ope-  
ram, ut omnia amicissimi Principis officia Serenitati Vestrae exhibeamus  
ita, ut mutua nostra amicitia, maiora in dies arctioris necessitudinis sumat  
incrementa, quam confidimus nobis ipsis iucundam Regnis ditionibusque  
nostris, posteritati denique nostrae, utillem et salutarem fore. Reddidit  
quoque idem Legatus noster nobis litteras Serenitatis Vestrae, ex quibus  
intelleximus Serenitatem Vestram velle, si id nobis videretur, de pace  
inter nos et Gustavum Regni Sueciae occupatorem agere. Facile Serenitas  
Vestra ex oratione eiusdem Magnifici Ioannis Weyher Palatini Mariaebur-  
gensis, Legati nostri, intelligere potuit, quo dolore nos afficiamur ob in-  
terceptum et interversum ius nostrum haereditarium, primum a Carolo  
Sudermaniae Duce et nunc a Gustavo filio ipsius, qui haeres paternae se-  
cessionis, iura patrimonii nostri illicito ausu occupat. Sed nec necesse  
arbitramur, ut pluribus Serenitati Vestrae exponamus, qua fide patruus  
idemque subditus noster nobiscum egerit, quam illegitimo iure Regnum  
Sueciae invaserit, ea enim omnia optime nota sunt Serenitati Vestrae, nec  
dubitamus Serenitatem Vestram, pro communi Christianorum Principum  
coniunctione, nostraque ab ineunte utriusque nostrum aetate necessitu-  
dine, saepius indoluisse vicem nostram, secumque expendisse id, quod  
nobis accidit, aliis quoque evenire posse. Usi nos sumus hactenus ea animi  
moderatione, quae Regem decet, nec temere gentis nostrae, e qua pater-  
num genus ducimus, sanguinem profundere voluimus, saepius etiam cala-  
mitatibus, quae ex ea causa eveniebant, indoluiimus, ac denique cum ple-  
riique Principes Christiani, ac inter alios Serenissimi Galliarum et Magnae  
Britanniae Reges, amici et consanguinei nostri charissimi, causam hanc  
arbitrali iudicio dijudicandam se suspicere velle ostenderent, nosque eo  
nomine per litteras compellarent, non illibenter, freti iuris nostri aequi-  
tate, nos ipsos causamque nostram illorum arbitrio permisimus; sed non  
ea fuit hostis nostri animi ad pacem inclinatio, namque non ignarus iuris  
alieni se esse invasorem, neque factum suum defendi posse, non alia con-  
ditione in disceptationem iudiciumque causa istius se consentire velle  
profitebatur, nisi ut iuris nostri nulla isthic fieret mentio. Quae ratio  
transigendi cum iniquissima esset, atque acerbitate ipsa iniuriae animum

nostrum magis etiam offenderet, merito a nobis repudiata est, neque sane quenquam esse arbitramur, qui non aequum nos postulasse existimet, cum id urgeremus, ut iuris nostri invasor et fidei nobis, legittimo haereditarioque suo Regi, datae desertor, cederet prius temere occupato Regno, atque tum demum de pace nobiscum ageret. Id cum ille aspernatus fuerit, Principum Christianorum iudicium eluserit, aequasque transigendi conditiones contempserit, adduci non possumus, ut credamus nunc eum paterna et propria perfidia imbutum animum mutaturum, nisi forte cohortatio Serenitatis Vestrae eum permoveat, ut cum ab omnibus factum suum reprehendi viderit, saniora consilia amplectatur, de quo non dubitamus Serenitatem Vestram nos certiores facturam, ita enim nobis Legatus noster retulit, Serenitatem Vestram serio Gustavum commonere, et posteaquam intellexerit, qua mente ille sit, nobis id ipsum significare velle, quod ut faciat, amanter a Serenitate Vestra postulamus. Etsi autem ea est nostra de Serenitatis Vestrae erga nos optima voluntate persuasio, ut eam nihil velle existimemus, quod a dignitate nostra esset alienum, optimoque et boni publici cupido animo in hanc causam descendere voluisse, tamen cum nos omnia hactenus experti, tantis Principibus incassum operam navantibus nihil profecerimus, ne amplius perduelli nostro ludibrio simus, ac vana spe tempus teramus, alias rationes vindicandi et asserendi iuris nostri suscipendas existimavimus, quas cum in promptu iam habeamus, non est nobis integrum, tantis in eam rem factis impensis, alio flectere animum, quominus destinata consilia nostra, Deo, ut certo confidimus, iustissimae causae nostrae propugnatore et Duce exequamur. Ille bellum turbataeque pacis author, ille innoxii sanguinis effusi reus merito censebitur, qui primus iura sanguinis et subiectionis violavit, qui occupatum per summum scelus alienum Regnum detinet, qui in subditos nostros caede et rapinis tot annos desaevit, qui postremo sacrilego ausu insigne Regni per vim capiti suo imponi fecit, subditosque antea nobis fide obstrictos, tyrannice ad iusiurandum sibi praestandum compulit. Nobis ius nostrum vindicantibus paternumque nostrum Regnum, cuius possessionem, universis subditis assentientibus, fidemque suam nobis iureiurando obstringentibus, legitime adiimus, cuius sacra Corona insigniti sumus, repetentibus, nemo causam earum calamitatum, quas bellum secum adferre solet, imputaverit. Testis est conscientia nostra, testes tot Principes Christiani, nos omnes alias rationes recuperandi Regni nostri inire voluisse, a cogitatione vero belli, effusionequaque sanguinis abhorruisse, et nunc temeritate perduellis nostri pene invitox nos adduci, ut iusta induamus arma. Haec ad litteras Serenitatis Vestrae respondendum putavimus, in quibus, quod singularis illius fraternae erga nos benevolentiae significatio eluceat, eam grato animo excipimus, contestaturi vicissim, quantum Serenitatis Vestrae Serenissimaeque illius Domus causa cupiamus. Bene valeat Serenitas Vestra, cui omnem prosperitatem a Deo ex animo precamur. Datae Varsaviae, die prima mensis Februarii, anno Domini Millesimo DC<sup>XVIII</sup><sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XXXI<sup>o</sup>, Sueciae XXIV Anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus affinis  
Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV, etc.*

*Alia manu: Redditae Hafniae, 26 Martii 1618.*

Varsaviae, 14 Martii 1618.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de eadem re.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Affinis noster charissime.

Ita ad nos Magnificus Ioannes Weyher Palatinus Mariaeburgensis, nostro nomine apud Serenitatem Vestram Legati munere functus, redierat; ut, cum ex eo, tum ex litteris Serenitatis Vestrae, omnia amicissimae erga nos voluntatis argumenta perspiceremus, in primis autem intellexeramus vehementer Serenitatem Vestram commoveri iniuria nostra ob interversum ius nostrum haereditarium, interceptumque Regnum nostrum paternum, eandemque pro communī Principis Christiani et nobis coniunctissimi amici officio invasorem Regni nostri serio commonere velle, ut tandem aliquando resipiscat, ad officiumque redeat. Respondimus nos iam litteris Serenitatis Vestrae, hoc nomine ad nos datis, ostendimusque nos quidem et toto hoc tempore multum indulsisse genti nostrae et deinceps, si modo alia ratio iuris nostri haereditarii asserendi offerretur, a belli cogitatione abhorrire, caeterum hostem nostrum et saepe antea elusisse maximorum Principum iudicium, et nunc vix nos adduci posse, ut credamus eum aequas conditiones de toto negotio transigendi amplexurum. Sed enim plane ita, ut rebamur, accidit; intelleximus enim ex postremis litteris Serenitatis Vestrae ea conditione Gustavum arbitrio Serenitatis Vestrae causam suam permettere velle, si nulla de Regno Sueciae controversia moveatur. Ea vero exacerbatione nihil gravius, nihil acerbius nos in quaestionem iuris nostri legitimi et haereditarii ab eo vocari, qui solo perfidia titulo nititur, nec aliud in subsidium causae suaee adducere queat, quam quod et pater eius, cum esset subditus noster, datam fidem nobis fregerit Regnumque nostrum haereditarium per summam iniuriam occupaverit, et ipse eiusdem vestigis insistat. Ostendit plane Gustavus, quanti fecerit cohortationem Serenitatis Vestrae et quantum ipse a parricidiali isto bello, quod authore patre ipsius a subditis contra legitimū Dominū et Regem susceptum est, abhorreat, nimirum caeca regnandi libido animum a rectis consiliis avertit praecipitemque agit, ne mature exitum, qui alieni iuris invasores manet, prospiciat. Nos sane neminem vel causae vel Regiae dignitati nostrae adeo infensum fore arbitramur, nobis ut suadeat, ut ea conditione, quam hostis fert et quam ipsa rei indignitas refellit, de pace nobiscum agi sinamus. Caeterum quicquid in hac causa a Serenitate Vestra praestitum est, grato in primis animo excipimus neque sane dubitamus et Divinum Numen iustissimae nostrae causae adfuturum et Serenitatem Vestram eam deinceps quoque et iuris et dignitatis nostrae rationem habituram, quam et nostra mutua necessitudo et communis

Principum conditio ab amico et vicino Principe exposcit. Cui benevolentiam fraternaliumque amorem deferimus omnemque prosperitatem a Deo exoptamus. Datae Varsaviae, die XIV mensis Martii, anno Domini M<sup>0</sup>DC<sup>0</sup>XVIII<sup>0</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XXXI, Sueciae XXV Anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Mensis Aprilis 1618. Responsum Regis Poloniae ad litteras manuscriptas regias per Urne transmissas.*

N. 58.

*Varsaviae, 18 Iulii 1618.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de libera transportatione lapidum e Gothlandia.*

*(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto eadem gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.

Dedimus negotium industrio Guilelmo Martens, civi et lapicidae Civitatis nostrae Elbingensis, aliquot millia lapidum mensurae pedalis, vel eius quantitatis, prout ipsi visum fuerit, ex Insula Gothlandica pro usu proprio aedificiorum nostrorum Regiorum coëmendi, atque ad nos et destinatas locorum in Regno nostro necessitates advehendi. Quare a Serenitate Vestra amice petimus, ut praefato Vilhelmo vel eius mandatario liberam potestatem atque securitatem praestare velit, quo in Gothlandia, quantum usui nostro satis censuerit, saxonum et lapidum pro iusto precio eruere, eosque inde sine ullo impedimento, vel telonei aut alterius cuiusvis exactonis gravamine, evehere possit, eamque in rem Serenitatis Vestrae litteris ac mandato ad Praefectum Visbiensem, aut alios dictae Insulæ Magistratus (si opus erit) adiuvetur, quod petitioni nostrae et amicitiae mutuae Serenitatem Vestram daturam confidimus et nos, cum res et occasio postulaverit, similis benevolentiae officiis Serenitati Vestrae libenter gratificabimur. Cui diuturnam a Deo incolumentem felicesque rerum successus ex animo precamur. Varsaviae, XVIII<sup>0</sup> Iulii, anno Domini M<sup>0</sup>DC<sup>0</sup>XVIII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXII, Sueciae XXVI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus affinis  
Sigismundus Rex.

Varsaviae, 14 Augusti 1618.

Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de saxis structilibus ex Dania coëmendis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster charissime.

Mittimus in ditiones Serenitatis Vestrae praesentium exhibitem  
saxorum structilium, vulgo Kloc vel Plok Sztein comparandorum causa.  
Quocirca amanter postulamus a Serenitate Vestra, velit pro solito suo in  
nos studio eundem, quo commodius negotium sibi commissum expedire  
eademque saxa in Regnum nostrum quantocius adducere possit, mandato  
suo iuvare, ne ullam ea in parte moram et difficultatem patiatur. Rem  
nobis gratam mutuoque officio dignam Serenitas Vestra factura. Cui de  
caetero diu foelicissimam valetudinem a Deo exoptamus. Datum Varsoviae,  
die XIV mensis Augusti, anno Domini MDCXVIII, Regnorum nostrorum  
Poloniae XXXI, Sueciae vero XXVI anno.

Sigismundus Rex

Varsaviae, 20 Ianuarii 1619.

Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de lapidibus marmoreis ex Belgio transvehendis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster charissime.

Demandavimus Egregio Vilhelmo Marten, civi Elbingensi, lapicidae  
et subdito nostro, ut lapides marmoreos pro usu et commoditate nostra ex  
Belgio ad nos adduceret. Cui cum iter per ditiones Serenitatis Vestrae  
prosequi necesse sit, amanter postulamus a Serenitate Vestra, velit the-  
loneorum et vectigalium praefectis suis demandare, ne ullam in adducen-  
dis iisdem per memoratum subditum nostrum marmoribus exhibeant dif-  
ficultatem aut molestiam, neve aliqua vectigalia aut thelonea eo nomine,  
si quidem pro nostra advehentur commoditate, exigant. Parem vicissim  
benevolentiam Serenitati Vestrae data occasione contestaturi sumus. Cui  
prosperos rerum successus et optimam valetudinem a Deo precamur. Da-  
tum Varsoviae, die XX mensis Ianuarii, anno Domini MDCXIX, Regnorum  
nostrorum Poloniae XXXII, Sueciae XXVI.

Sigismundus Rex

N. 61.

Varsaviae, 23 Ianuarii 1619.

Sigismundus III rex Poloniae  
universis  
de eadem re.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis Principibus Ecclesiasticis et Saecularibus, Magistratibus quibusvis, thelonorum praefectis et vectigalium exactoribus ac caeteris cuiuscunque conditionis, status, et dignitatis hominibus, amicis et vicinis nostris benevolentiae nostrae significationem; subditis vero nostris gratiam nostram regiam. Mittimus in Belgum aliaque regna ac ditiones Egregium Vilhelnum Marten, lapicidam, cui lapides quosdam marmoreos ex regnis et ditionibus exteris, praesertim vero Serenissimum Principum Regis Daniae, Archiducis Austriae Alberti, pro usu nostro adducendi negotium dedimus. Postulamus igitur ab omnibus, ut ipsi, vel mandatario eius, has litteras nostras patentes habent, tam eo discedenti, quam inde cum hisce marmoribus redeunti, liberum et securum sine omni impedimento aut mora sineque suspicione ulla pestiferi contagii transitum praestent, nullamque difficultatem aut in excidendis aut in advehendis iisdem ipsis impedimentum exhibeant, neque aliqua eo nomine vectigalia ac theloea exigant, quinimmo favore suo et auxilio efficiant, ut eadem quam commodissime et celerrime evehi et ad nos adduci possint, vicissim idem studium pari benevolentia nostra repensuri; subditi vero nostri aliter ne fecerint pro gratia nostra. Datum Varsaviae, die vigesima tertia mensis Januarii, anno Domini MDCXIX, Regnorum nostrorum Poloniae XXXII, Sueciae vero XXVI Anno.

Sigismundus Rex  
Jacobus Zadzik Secretarius Regni Maior

N. 62.

Varsaviae, 15 Septembris 1619.

Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vini Rhenani transitu, antea impedito.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV eadem gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

In negotio a nobis Honesto Hermanno Ubbingk, civi et subdito nostro Gedanensi, ad viginti quattuor plausta maiora, vulgo Zolfutter dicta, vini Rhenani, ad nos e partibus transmarinis advehenda, iam binis vicibus solitae libertatis, immunitatisque veteris iactura atque imminutio usque

ad dimidiae partis detractionem facta est; et hoc quidem in sola Serenitatis Vestrae ditione; ac praeterea idem subditus noster, ad novi et insoliti iuramenti depositionem a telonei administratoribus urgetur, quamvis manifesto literarum nostrarum tenore negotii a nobis sibi mandati certitudinem auctoritatemque demonstret. Iccirco amanter a Serenitate Vestra petimus, ut pro more inter Christianos Principes recepto, et ubique observato, etiam Serenitas Vestra dicto Hermanno Ubbingk, vel eius mandatario, libertatem, immunitatemque tandem integrum in pleno viginti quatuor plaustrorum maiorum, non minorum tantum numero vini Rhenani in posterum advehendi per fretum et ditiones Serenitatis Vestrae ad nos praestet praestarique a telonei praefectis mandet: neque eundem subditum nostrum sic negocium nostrum ex speciali mandato quotannis agentem, insoliti iuramenti necessitate onerari vexarique permittat. Quicquid simili in occasione in gratiam Serenitatis Vestrae fieri usus postularerit, libenter pro mutuae amicitiae et vicinitatis coniunctione praestabimus. Prosperam de caetero valetudinem, felicesque rerum successus Serenitati Vestrae a Deo Optimo Maximo precamur. Datum Varsaviae, die decimaquinta Septembbris, Anno 1619.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Litterae Regis Poloniae praesentatae Hafniae 24 Novembris 1619.*

N. 63.

*Walsbul, 23 Septembbris 1619.*

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
nuntiat se adiuturum Nils et Lindorm Posse in negotio fundi hereditarii.*

*(Exemplar) \*)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

C 4

Tilbyede dend stormechtige, höigb. furste och herre, her Sigismund dend Thredie, konnung udi Polen, storfyrste till Littowenn, Rydzen, Prydz, Massuwen <sup>a)</sup>, Samogitten och Lifflannd, saa och Suerrigis, Gottis och Wendis konnung, wor besynderlig guode wen och naboe, wor naborlig och wenlig helsenn, sambt huis meer kiertt och gaatt wi formaa met Gud allermächtigste althid tillfaarnn.

Høigbarne furste, besynderlig guode wenn och naaboe.

Eders Ker<sup>d</sup>s schriffuelse, dat. Warsou dend 12.Juliij sidst forledenn, er oss dend 24.Augusti udi wor bye Walsbull, udi wortt furstendom Holsteen liggendis, til hende kommett. Ahnlangendis naagett godtz udi wortt rige Dannemarch, som E.K. erlige och welb. Niels och Linnertt Pose undt och forleht haffuer, huorpaa dennem aff de Suensche schulle giørnis naagen indpass och forhindrinng, effter som bemelte E.Ker<sup>d</sup>s schriffuelse widere om formelder.

Paa huilchen E.Ker<sup>ds</sup> schriffuelse wi nu till ett naboerligg och wenligtt suar E.Ker<sup>dtt</sup> iche wille forholde, at effter som wi om for<sup>ne</sup> hallandsche godtz haffuer ladett forfahre, saa wille wi E.Ker. till naborlig wenlig wilge och behaug for<sup>ne</sup> de Poser, nar de oss derom besøgendifis worder, paa rettens wegne were beforderligh, saa de sig iche schulle met rette kunde haffue att besuerge. Dog att de sig udi alle maader emod Suerrigis rige, met huilchett wi guodtt fred och naboeschaff underholder, fredeligen ahnstiller, och iche emod for<sup>ne</sup> Suerrigis rige met ord, gierninger, avisar, breffue og <sup>b)</sup> patenter at udspredre eller i andre maader fiendtligen bewisser. Dette till ett naborligg <sup>c)</sup> wenligtt suar paa Eders Ker<sup>dttz</sup> schriffuelse wi Eders Ker<sup>dtt</sup> naborligen och wenligen iche wilde forholde.

Eders Ker<sup>dtt</sup> her met i Gudz allermechtigsts beschytelse och bescher-melse althid naborligen och wenligen befahlendis. Walsbul, 23.Septembris 1619.

*In dorso:* Till kongen i Polen, Kolding, 23.Septembris 1619.

- a) Massuwen add. in marg.  
b) og add. sup. lin.  
c) naborligg add. in marg.

\* Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1619-1624, fol. 20 r. - 20 v. (Pars Externa Cancellariae Danicae. Acta Suedica)

N. 64.

Varsaviae, 25 Martii 1620.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
gratias agit pro auxilio in causa civium Posse promisso, litis concitatores  
puniendos suggerit.*  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

Wij Sigismundus then Første medh Gudz nåde Swerigis etc. arffkonungh etc., så och konungh i Pohlen etc., tilbiude then stormechtige, högborne furste och herre, herr Christian, Danmarchs, etc. konungh etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och naboo.

E.Ker:tz schriffwelse, datered i Walsbul den 4.Octobris <sup>1)</sup> nestförledne åhr, är oss här uthi Warschow tilhandakommen, deraff wij förnimme, att E.K. haffwer lathitt ransaka om thett förhinder, som then swenske fougden haffwer lathit giöra på wäre arffwegodz uthi Halland. Och att E.K. oss till naboerligh wilie och wänskap wele efter rätt och rätwwisa wara wäre trogne män och undersåther, edle och welbördige Nils och Lenart Posser (dem wij samme wäre arffwegodz förlähnt haffwe) på wäre wegnar till dess rättigheet igen befärderlige, enär de E.K. derom besökiandes warde. För hwilken naboerligh wilie och wänskap wij E.K. naboerligen wänlichen betacke. Och wore wäl tilbörlijit, att åboerne, som först sådanna mootwilia åstadkommit haffwe dermed att giöra oss förtreet, måtte tagas uthi tilbörlijit straff, att andre måtte sehe derwid. Men wij stelle thett uthi E.K:tz skön och wilie och försehe oss till E.K. alt thett, som god sämia och naboerligh wilie lijkmatigt är. Wij wele det samma E.K. igen bewisa i hwad måtta, thet kan behöffwas.

Befalendes E.K. her med och altijd uthi Gudz den alz:es beskydd, näboerligen wänlichen. Sch:tt på vårt slatt Warschow then 25. a) Martii åhr 1620.

Sigismundus Rex

a) 25 add. posterius.

1) 4 Octobris stylo novo, id est 23 Septembris  
      stilo antiquo (v. litt. no. 63).

N. 65.

Varsaviae, 30 Septembris 1620.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11, cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus ha-  
bebimus

N. 65.

Honesto Hermanno Ubbink, civi  
et subdito nostro Gedanensi

viginti quatuor vini Rhenani  
plausta maiora, vulgo Zolffuter  
appellata

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Weinbrief vom Könige aus Polen. Praesentatae 10 Decem-  
bris. Anno 1620.*

N. 66.

Varsaviae, 7 Septembris 1621.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
expedit restitutionem armorum in sinu Danico detentorum.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano Quarto Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.

In portorio Serenitatis Vestrae sinus Danici, navem, quae tormenta  
maiora, aliaque instrumenta minora armorum pro usu nostro adversus

immanem Turcarum Tyrannum, qui ditiones nostras aggreditur iniustis et infensis armis, in Belgio comparata in se continet, aresto esse oneratam et detineri, atque ab illis rebus, quae nostrae propriae sunt, teloneum exigi a praefectis Serenitatis Vestrae, percepimus ex literis factoris et servitoris nostri Casparis Vibersz. Quare cum de Serenitatis Vestrae erga nos fraterno affectu ita optime persuasi simus, ut haec sine scitu Serenitatis Vestrae fieri arbitremur, pro nostra cum Serenitate Vestra coniunctione et necessitudine amanter a Serenitate Vestra postulamus, ut prout iura coniunctionis nostrae atque vicinitatis bonae postulant, res istas omnes, quae nostrae propriae sunt, et nostrae necessitatis, non aliquius negotiationis caussa comparatae, dimitti mandet Serenitas Vestra ab omni onere telonei et portorii liberas, cui tantum negotiantum genus subiacere consuevit: idque quam primum, ne diuturniori mora usu earum contra communem Christiani nominis hostem oportuno et necessario tempore privemur. Optimam hanc Serenitatis Vestrae erga nos voluntatem mutua benevolentia et pari studio ac officio in Regnis et ditionibus nostris compensaturi sumus. Hisce Serenitatem Vestram Divini Numinis praesidio ex animo commendantes. Datum Varsaviae, die VII<sup>a</sup> mensis Septembris, anno Domini MDCXXI, Regnorum nostrorum Poloniae XXXIV, Sueciae XXVII<sup>o</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus affinis  
Sigismundus Rex

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.

*Alia manu:* Regi Poloniae litterae de dimittenda nave in freto Oresundico detentata. Praesentatae Fridericoburgi 25 Septembris anno 1621.

N. 67.

*Varsaviae, 24 Septembris 1621.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Textus quasi identicus ac N. 65.*

*In dorso:* [Serenissimo] <sup>a)</sup> Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu:* Rex Poloniae petit immunitatem pro vino per fretum Oresuntium transvehendo. Concessa Fridericiburgi 17 Decembris 1621.

<sup>a)</sup> hoc verbum deest ob lacerationem chartae.

Varsaviae, 7 Decembris 1621.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de milite a rege Angliae in Poloniā missō et a rege Daniae intercluso.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano Quarto Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.

Binae nobis a Serenitate Vestra eodem tempore redditae sunt litterae, in quarum alteris de subsidiario milite a Serenissimo Britanniae Rege, Domino, cognato et affine nostro charissimo, nobis contra Turcas missō, in alteris de feudo Prussico Illustrissimi Principi Domino Georgio Guillermo Marchioni Brandenburgico, Sacri Romani Imperii Archicamerario et Electori conferendo, nobiscum amanter agit. Evidet, quod ad primum attinet, mirati vehementer sumus Serenitatem Vestram, cuius nobis studium atque voluntas paeclarissimis experimentis semper perspecta fuit, animum inducere potuisse, ut ei militi a Serenissimo Britanniae Rege contra communem Christiani nominis hostem missō, et partim nostro, partim ipsius authoramento scripto, viam intercluderet. Cum enim bellum contra eum hostem prosequeremur, qui debellandis Regnis Christianis, ac tetro Otomanicae tyrannidis imperio subiugandis viam, Regno nostro occupato, quaereret, neminem Principum Christianorum fore credebamus, qui non communem sibi nobiscum eius belli fortunam, cum ob periculi derivationem, tum ob religionis omniumque sacrarum ac profanarum rerum discrimen, esse arbitraretur. Quo bello nos, auxilio Principum Christianorum destituti, ita propriis viribus, Deo prosperante, defuncti sumus, ut pro amplissimis pacis restitutae, religionis defensae, Reipublicae conservatae, gloriaeque militaris novo laudis cumulo auctae, trophyis eo bello partis, pares Deo Optimo Maximo gratias minime referre possumus. Etsi vero minime dubitamus Serenitatem Vestram pro sua erga nos egregia voluntate, christianaque pietate optime in nos, pro communi Christianitatis causa belligerantes, animatam fuisse votisque saltem et comprecationibus nobis in eo sacro bello non defuisse; tamen ea res aliis fortasse, quibus minus cognita atque perspecta est necessitudo nostra, amicissimis utrinque officiorum nexibus colligata, posset alienoris Serenitatis Vestrae in nos, Regnumque nostrum voluntatis parere suspicionem. Ceterum, cum et pristina Serenitatis Vestrae erga nos studia et literae amice scriptae omnem eam suspicionem diluant, luculentamque eius facti excusationem nobis afferant, de veteri ipsius, constantique in nos benevolentia optime persuasi sumus. Quod vero Serenitas Vestra queri videtur eum militem, ipsa inscia ac inconsulta, ad angustias maris ipsius appulisse, id neque temere neque ledendae ipsius causa contigisse, persuasum habeat, sed quod et is miles praeter spem, et opinionem nostram in Anglia collectus esset, et Orator noster favore huius sacrae expeditionis, ad quam eum militem conducebat, fretus, arbitraretur Serenitatem Vestram non modo liberum transitum ipsi negaturam non fuisse, verum etiam comeatum Regia atque christiana hospitalitate suppeditaturam. Porro, quod attinet feudum Prussicum, id iam Illustrissimo Domino Electori ex praes-

cripto pactorum, post praestitum ab ipso solemni iureiurando homagium, contulimus. Si quid vero ea in re, uti Serenitas Vestra in suis literis com-memorat, difficultatis passus fuit, id totum non in alieniore nostra, uti Serenitas Vestra suspicatur, erga ipsum voluntate, sed in dignitate, atque iuribus nostris Regnique nostri, atque pactorum feudalium praescripto in-nitebatur. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae optimam valetudinem faustaque ac prospera omnia ex animo precamur. Datae Varsaviae, die VII Mensis Decembris, Anno Domini MDCXXI, Regnorum nostrorum Po-loniae XXXI, Sueciae vero XXVIII<sup>0</sup> Anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae respondet ad excusationem de transitu non concesso militi ex Britannia in Poliam deducendo item ad intercessio-nem pro Electore Brandenburgensi. Praesentatae 9 Martii Anno 1622.*

N. 69.

*Varsaviae, 13 Decembris 1621.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de novis insidiis Gustavi Adolphi et de invasione Rigae.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

**Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.**

Serenissime Princeps, Amice, Affinis ac Vicine noster charissime.

Quanquam non dubitamus Serenitatem Vestram minime latere, qua fraude atque perfidia nobiscum perduellis noster Gustavus usus esset, tamen ut iniuriam nostram cum Serenitate Vestra, uti Principe Christiano et nobis amicissimo, communicaremus, perscribendum ipsi ea de re existimavimus. Is enim, etsi statim ab ipso elapsarum induciarum tempore, tam suis, quam emissariorum suorum literis, novas a nobis inducias de-poposcisset, iamque ad eas paciscendas Commissarii a nobis, viri graves et maturi dati ac destinati essent; tamen ubi nos in id unum contra Turcarum Imperatorem bellum intentos esse, eoque ex dignitate nostra, ac Regni nostri, proque salute atque incolumitate Reipublicae Christianae gerendo, universas Regni nostri vires in unum collegisse ac demum ad tam sacrum bellum, quo teterimum Ottomanicae Tyrannidis iugum a cer-vicibus non solum Regni nostri, verum etiam vicinarum provinciarum propulsare obiectu personae nostrae nitebamur, profectos cognovit, non modo flagitatas inducias nefaria ludificatione intermisit, sed etiam Livoniam, provinciam nostram inopinato invasit, Rigamque, civitatem prima-riam, atque castella aliquot praesidiis nudata occupavit. Quae quidem iniuria, nobis, pro communi libertatis atque religionis caussa, contra infestissimum Christiani nominis hostem belligerantibus, ab ipso illata, quin omnium Principum Christianorum animos, qui rem Christianam salvam atque florentem esse cupiant, pio ac iusto dolore perstringat, minime du-bitamus. E quorum numero cum Serenitatem Vestram esse probe intelli-

gamus, persuasum habemus ipsam non solum id impium ac fraudulentum facinus indigne ferre, verum etiam, ut ea macula impio ipsius ausu nomini Christiano inusta Divinae ultiōis iudicio eluatur, p̄aeclare censere. Nec dubitamus Deum Optimum Maximum, sicut arma nostra contra immanissimum Christiani nominis hostem prosperavit, ita eadem contra perdulem christianaē aequitatis oblitum ac in nefaria paternae fraudis atque perfidiae haereditate impune hactenus debacchantem, secundis auspiciis prosequuturum. Haec breviter Serenitati Vestrae aperire voluimus, ut intelligat, sic nos erga ipsam animatos esse, ut magnam doloris nostri partem in amica eius Serenitati vestrae communicatione deponamus. Quam optime valere prosperoque rerum successu uti ex animo cupimus. Datae Varsaviae, die XIIII mensis Decembbris, anno Domini MDCXXI, Regnorum nostrorum Poloniae XXXIV, Sueciae XXVIII.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Hafniae 5 Martii 1622.*

N. 70.

*Hafniae, 20 Decembris 1621.*

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
nuntiat duabus navibus Polonis, lapides structiles e Gotlandia et vina pro  
mensa regia transvehentibus, liberum transitum libenter se concedisse.  
(Orig., vest. sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Christianus Quartus, Dei gratia Daniae etc. Rex etc. Serenissimo Principi, Domino Sigismundo Tertio, Regi Poloniae etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis, ac Vicine charissime.

Geminae nobis oblatae fuerant a Serenitate Vestra litterae, quarum alteris sibi indulgeri cupiebat, cum superiori aestate duarum navium, quas ex insula nostra Gotlandia lapidem ibidem caesum ad promovenda Serenitatis Vestrae aedificia avehere concesseramus, altera tantum onusta fuerit, ut alteram adhuc dicto lapide ibidem onerare cumque avehere absque impedimento liceat. Alteris vectigalium immunitatē pro certa vini quantitate, per fretum nostrum Oresundicum transvehenda petebat. In utroque cum pro mutua inter nos amicitia Serenitatis Vestrae desideriis obsecundandum decrevissemus, de voluntate nostra et gubernatorem dictae insulae nostrae et praefectos telonei certiores facimus, nec dubitamus, quin et ille in lapidis exportatione, et hi in immunitate pro solita vini quantitate, eam sedulo ac submisso sint observaturi. Quod Serenitati Vestrae amanter significandum duximus, quam Dei Optimi Maximi protectioni enixe commendamus. Dabantur ex Regia nostra Haffniensi, 20 Decembbris, anno 1621.

Christianus

<sup>\*)</sup> Eiusdem epistolae aliud quoque exemplar identicum missum erat, nam in copiariorum archivi Hafniensis invenitur. (T.K.U.A. Alt

del 1 Indtil 1676, 10 Latina, 1616-31, fol. 111 r.-111 v.)

N. 71.

Varsaviae, 25 Aprilis 1622.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
civem Gedanensem, qui cum civi Helsingorensi causam habet, commendat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Affinis, Amice, Vicine noster carissime.

Expositum est nobis nomine praesentium exhibitoris, subditii nostri Famati Henrici Iacobi, civis Gedanensis, ipsum ante tempus aliquod Serenitatis Vestrae subdito, Martino Hecker, civi Helsingorensi ius quoddam haereditarium in eadem civitate Helsingorensi vendidisse; ipsum vero emptorem maiorem haereditatis partem reticuisse, ut venditorem, ob loci distantiam eius rei ignarum, iusto bonorum pretio defraudaret. Quo facto cum subditus noster praefato Martino coram iudicio Helsingorensi, non sine gravi rei familiaris iactura, actionem intentare coactus fuerit, ipsique nihil minus a consulibus et Senatu eiusdem civitatis iustitia sit administrata, supplicavit nobis, ut autoritatem et intercessionem nostram apud Serenitatem Vestram interponere dignaremur. Nos, considerata rei aequitate, haud gravatim petitioni illius annuimus. Quare a Serenitate Vestra amice petimus, ut hoc negotium praefati Henrici Iacobi in meliorem partem sibi commendatum habere velit, atque pro sua in omnem aequitatem propensione demandare et efficere, ut is, quod sibi iure debetur, absque ulla difficultate et expensarum gravamine, consequi possit. In eo Serenitas Vestra rem praestabit seipsa dignissimam nobisque in primis gratam, qui eodem benignitatis, ac iustitiae officio Serenitatis Vestrae subditos in Regnis nostris degentes prosequi non desistemus. De caetero Serenitatem Vestram optime valere, omniisque prosperitate frui optamus. Datum Varsaviae, die 25 Aprilis, anno Domini MDCXXII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXV, Sueciae vero XXIX.

Serenitatis Vestrae

bonus affinis  
Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: schall indleffueris udi dett thydsche canselie.*

N. 72.

Varsaviae, 30 Octobris 1622.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Textus identicus ac doc. N. 65.*

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: et winbreff.*

Varsaviae, 26 Ianuarii 1623.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de transitu militis, a rege Angliae in Poloniam missi, a rege Daniae im-  
pedito.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice, Affinis et Vicine noster char-  
rissime.

Accepimus literas Serenitatis Vestrae, in quibus rumorem de Seren-  
itate Vestra ad nos delatum illustri benevolentiae officiique erga nos sui  
testificatione diluit. Sane etsi diffiteri non possumus, nonnihil nos eius-  
modi anno superiore de Serenitate Vestra inaudivisse, quod pristinum ami-  
citiiae atque necessitudinis officium, pactis atque foederibus, quae Sere-  
nitas Vestra in suis literis commemorat, ultro citroque firmatum non me-  
diocriter labefactare posse videatur, tamen nullis unquam rumoribus de  
constantii atque optimo nostro de Serenitate Vestra sensu, conceptaque  
semel de ipsis erga nos studio opinione dimoveri potuisse, nisi recens  
ad nos delatus nuncius scrupulum nobis atque suspicionem novam inie-  
cisset. Accepimus enim paucis ante diebus Nobilem Alexandrum Muraeum,  
qui cum delecta Britannici peditatus, nostris stipendiis scripta manu, ad  
nos tendebat per mare Balticum transitu, a Serenitate Vestra, aequo ac  
Generosum Arturum Astonum anno superiore prohibitum esse; ipsique  
nec literas atque commendationem Serenissimi Britanniae Regis fratri  
nostri charissimi, nec veterem amicitiam atque necessitudinem nostram  
apud Serenitatem Vestram suffragari potuisse. Quod sane factum, etsi  
nos ita accipere nolimus, ut de constanti Serenitatis Vestrae erga nos  
studio, atque benevolentia prorsus dubitemus, tamen aliis fortasse iura  
atque officia amicitiae exactius ponderantibus, haud immerito aliquam ea  
res suspicionem parere posset, Serenitatem Vestram id in gratiam et fa-  
vorem Ducis Sudermaniae, hostis atque perduellis nostri, fecisse. Quod si  
ita esset, non mediocriter id praestantem prudentiae, integritatis atque  
constantiae laudem, qua Serenitas Vestra apud omnes dudum inclaruit,  
laedere atque commaculare posse videretur. Favere enim Principi Suder-  
maniae eo bello, quo nos, contra humana divinaque iura, in sacram expe-  
ditionem eunt, aggressus est, nemo absque insigni nota atque labe gra-  
viq[ue] Christianae Religionis iniuria potest. Verum nos purgatione hac per  
literas a Serenitate Vestra acceptas nihil a mutua utriusque nostrum be-  
nevolentia alienum persuaderi nobis de Serenitate Vestra patimur, de egre-  
giaque ipsis erga nos voluntate sic persuasi sumus, ut ea nobis a Sere-  
nitate Vestra studia ac officia policeamur, quae ex vera amicitia since-  
roque animi affectu profici sci solent. Quod reliquum est, Serenitati Ves-  
trae optimam valetudinem felicesque rerum successus ex animo precamur.  
Datum Varsoviae, die XXVI mensis Januarii, anno Domini MDCXXIII,  
Regnum nostrorum Poloniae XXXVI, Sueciae XXIX anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae. Responsum ad litteras purgatorias Regis de lato Suecis auxilio.  
Praesentatae Hafniae XVI Martii 1623.*

*N. 74.*

*Varsaviae, 1 Maii 1623.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
denuo commendat Henricum Jacobson, civem Gedanensem, ut lis de tes-  
tamento Helsingorensi quam citissime finiatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus then Tridie med Gudz nåde konung i Polen etc., så och Sveriges etc. konungh etc., tilbiude den stormechtige, högborrne furste och herre, her Christian den Fierde Danmarks etc. konungh etc.

Högborrne furste, besynnerlige gode wän och naboe.

Ether wij för edt åhr sedan uppå vår undersåthes och borgers i Dantzich Henrich Jacobsens underdålige suplication belangende någen arffdeel, som honom uthi Helssingöhr skall ware tilfallet, E.K:tt med vår förschrift besöcht, och samme saak icke ännu ändat, utan förbemelte vår undersåte oss på nytt bedie latidt, att wij honom ähn ytterligere hos E.K. udi samme saak commendere wele.

Derföre är här med vår naboberlige wenlige begere, att E.K:tt honom eller hans fulmecchtiger, denne breffwijsere, Gottskalk Jonas benemd, så widt laag och rätt medgiffuer, all godh hielp och befording wederfare lather <sup>a)</sup>, på thet han icke längre uthaff sine wederparter må uppeholen warda. Sädent wele wij udi lijke måtte emott E.K:tt undersåters weder- fares lathe.

Befalendes E.K:tt nu här medh och altijd udi Gudz alzmechtiges milde skydd och beskerm till långwarig lijffs sundheet och welmåge, andelig och timelig wälfärd, naboberligen wenligen. Schriffuit i Warschau den 1.Maii anno 1623.

*Sigismundus Rex*

a) lather verbum hoc emendatum est.

*N. 75.*

*Mevae, 1 Iunii 1623.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
subditos suos, ad negotia exequenda in Daniam missos, commendat.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Amice noster charissime.  
Mittimus certos homines nostros in navibus ad negotia ipsis a nobis  
commissa celeriter fideliterque exequenda, de quibus primo quoque tem-  
pore fusioribus literis ad Serenitatem Vestram aliquos amandabimus.  
Nunc per servitorem nostrum Gotscalcum Ionae amice a Serenitate Vestra  
petimus, ut si quis casus aut necessitas dictos homines navesque aut illa-  
rum aliqua ad littora prorsus terrasque aut aquas Serenitatis Vestrae  
tulerit, eos easque benigne habeat, neque eis aliquam iniuriam, vim aut  
moram damnumve inferri a quoconque hominum patiatur, sed potius pro  
mutua inter nos amicitia ubivis auctoritate et gratia sua tueatur, ac cum  
opportunum ipsis fuerit, ad libitum abire permittat. Quod nos paribus  
semper officiis simili in occasione referre erga homines Serenitatis Vestrae  
parati sumus. Cui prosperam et diuturnam a Deo valetudinem et foelices  
rerum successus precamur. Datum Mevae, die 1 mensis Iunii, anno Domini  
MDCXXIII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXVI, Sueciae XXX.

Sigismundus Rex

N. 76.

Gedani, 12 Iulii 1623.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de lapidibus structilibus ex Dania libere evehendis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.

Concesserat Serenitas Vestra, praeterito tempore, ad amicabilem nos-  
tram requisitionem facultatem ex ditionibus suis tantam lapidum ad  
usum aedificiorum servientium copiam evehendi, quae unius anni spatio  
elaborari posset. Cum vero ob certa impedimenta artifices nostri murarii  
id ad effectum deducere non potuerint, iterato dandas hasce ad Serenita-  
tem Vestram duximus, quibus amanter postulamus, dignetur Serenitas  
Vestra promissam eo nomine gratiam, effectu ipso praestare et concedere,  
ut sine teloneorum exactione, quindecem millia pedes lapidum excisorum  
et quingentas lastas <sup>a)</sup> pro coquenda calce, literarum praesentium exhibitor  
elaborare et libero transitu in ditiones nostras deducere possit. Rem gra-  
tissimam mutuisque bonae vicinitatis argumentis compensandam praesta-  
bit Serenitas Vestra, cui optimam incolumitatem et foelices rerum suc-  
cessus praecamur. Datum Gedani, die XII mensis Iulii, anno Domini  
MDCXXIII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXVI, Sueciae vero XXX  
Anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

a) Polonice: laszt

Varsaviae, 30 Martii 1624.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Christianum admonet, ne Gustavum Adolphum vel milites eius per ditiones  
Danicas transire permittat, sed econtra liberum transitum expostulat  
pro navibus hominibusque suis.  
(Orig., sig. vest.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus med Gudz nåde Sweriges etc. konungh etc., så och konungh i Pålen etc., tilbiude then stormechtige, högborne furste och herre, herr Christian den Fierde Danmarcks etc. konungh etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och nåbo.

Eders K:tt warder sigh ihugkommandes, att wij utij nästförledne åhr Eders K:tt tilschrefue om våre skepp och fälck, som här i Östersön finnes kunne, icke något hinder eller förfång af Eders K:tz skepp eller fälck skie måtte, deropå wij hertill inge swar bekommvet. Eliest är E.K:tt och nogsamt wetterligit, den örätt vår otrogne faderbroder hertigh Carll oss i månge åhr tilfoget, medh huilken hans son hertigh Göstaff sigh icke låter åthnöie, uthan emot all gifuen orsaak, när wij emot hele Christenhetenes fiender, Turcken och Tatteren, oprychte ware, för tu åhr sedan öffuerföll och intogh Rijga stadh och andre befästninger i Lijfland, såsom och Mithaw i Curland. Och ändogh wij nu snart i halffannat åhr rijkerné emellan stillestånd hållet, och ännu det på ett åhr att förlängie efterlåtet, så förnimme wij dogh, att han stor kriiggzrustning både i Tyslandh och Sverige förehafuer, och, som wij berättade äre, icke til sinnes något stil-lestånd att holle.

Derföre wij E.K:tt ytterligere att tilskrifue förorsakede, wänlichen begärendes, att E.K:tt honom eller hans krigzfälck icke tilstädie wille igenom sitt rijke eller strömmar, oss och våre rijkern skade att tilfoge, frij att passere. Uthan snarare för de pacter skull, som oss och våre rijkern emellan giorde äre, hans öfuermodige förehafuende att hemme tilhiepe. Så är och vår näborligh och wänlich begären, att E.K:tt til vår och våre rijkerns rättnättige förswarelse, icke allenest våre skiep och fälck obehindret passere låter, utan iemwäl, där oss omtränger af fremmande orter skiep och fälck till vårt behof at fordre, sådant icke i någen måtte tilstädär att oppehälle eller förhindre. Huilket wij oss till E.K:tt otwiflände försee wele, såsom och deremot igen willige finnas wele, sådant och mere uppå E.K:tz begäran näborligen och wenligen att effterkomme. Heropå wij med det förste E.K:tz wenlige swar förwente.

Och befaile hermed E.K:tt utij Gudh altzmechtig:tes nådige beskydd, altidh näborligen och wenligen. Datum Warschow den 30. <sup>a)</sup> Martii anno 1624.

Sigismundus Rex

a) 30 add. posterius.

Varsaviae, 8 Maii 1624.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;*

*responsum petit ad praealias litteras; rogat, ut mediatores designentur in  
causa inter filios Ioannis Röper, novissime demortui, eorumque ad-  
versarios. Restitutionem quoque postulat eorum, quae ex redditivis  
servitoris sui Anders Andersson, capitatis damnati, remanserunt.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Wij Sigismundus medh Gudz nåde Sweriges etc. konung etc., så och konungh i Pälen etc., tilbiude then stormechtige, högborne furste och herre, herr Christian den Fierde, Danmarks etc. konungh etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wen och nåbo.

Eders Kärtt kunne wij her med wenligen icke förhälle, thet wij icke lengie sedan E.K:tt medh vår tieners tilskrefuet hafue, deropå wij medh förste E.K:tz swar förmode. Eliest är oss nu sedan förekommet, att en af wäre undersåter och tieners, Hans Repers benembd, som sigh utij E.K:tz land och rijke hertill uppehållet, nu för någon tidh sedan utij Köpenhampn i fengelset skall vara dödh blefuen. Huaruthöfuer hans efterläthne barn sig klageligen beswäret och oss genom deres supplication ödmiukeligen bedet, wij dem hos E.K:tt behelpelig vara täcktes, att sådan orettwijsa och obarmhertigheet, som deres fader utaf hans creditorer dersammestedz wederfaren (efter som de widlyftigere wete berätte), måtte genom lagh och rätt wederguldet blifua.

Huarföre wij fororsakede E.K:tt herom gifue tilkenna, wenligen begärandes, att E.K:tt för:te vår tieners Hans Röpers barn, dem eller deres fulmechtiger, för wäre skuld til det bästa behelpelig vara wille och nägre opartijsche män tilordna, som emellan dem och deres wederparter utij samme saak, huad rättwist ähr, dömma måtte.

Så är och ytterligere till E.K:tt vår wenlige begäran, att E.K:tt tillåta och befala wille, thet denne brefuiser, vår troo tiänre Stäffan Stähle, huad som utij peninger och andre pertzeler ännu förhanden ware skall i Helsingborgh, huilket vår tieners Anders Andersen (som i nästförledne höst dersammestedz uppå de Swenskes anklagen afluuat blef) efterlemnat, och utaf wårt arffrijkes opbördh uthfördt är, måtte tilhanda lefreret warda. Detta så wäl som det förberört, wij oss til E.K:tt för rättwisan skull försee wele, deremot wij utij sådan fall och eliest igen altidh benägне finnas wele E.K:tz undersåter och tienere, när wij derom kunne besökte warda, för E.K:tz skull till det besta att förhielpe och befordra.

Och befale her medh E.K:tt utij Gudh altzmechtigestes nådige beskydd, altidh näborligen och wenligen. Datum Warschow den 8. <sup>a)</sup> Maii anno 1624.

Sigismundus Rex

a) 8. add. posterius

(Hafniae, 11 Maii 1624).

*Christianus IV rex Daniae*

*ad Sigismundum III regem Poloniae;*  
*de litteris Sigismundi, quibus nondum responsum est, omnino ignorat;*  
*sperat Sigismundum aquas Danicas nullatenus esse violaturum; una*  
*cum consiliariis suis statuit fretum Oresundicum navibus bellicis*  
*prorsus paecludere.*

*(Concept. primum et alterum) \*)**T.K.U.A. Polen A.I.2.*

## I

**H K M**

Stormectige etc.

Eders K<sup>tt</sup> schriffuse, daterit Warsouu den 30.Martii nest forleden, er oss well behendiget, och forfare wy wenligen der aff, først att Eders K<sup>tt</sup> oss nogen tiid forleden thillschreffuitt haffuer belangende sine skibe och folck udi Østersøen aff voris ingen hinder eller forfang att maa thillføis, huorpaa <sup>a)</sup> ingen suar fra oss <sup>b)</sup> skall verre <sup>c)</sup> giffuitt. Dernest och att <sup>d)</sup> den missforstandt och krig <sup>e)</sup>, som mellom Suerig och Polen <sup>f)</sup> nogle aar her warett haffuer, er <sup>g)</sup> særdelis den tiid Eders K<sup>tt</sup> med det tyrkiske tog waar forhindrett, <sup>h)</sup> bleffuen continueret, och <sup>i)</sup> endnu aff de Suenske mod tilbuddne itt aars <sup>j)</sup> stillestand formenis att skulle continueris. Huorfore <sup>m)</sup> Eders K<sup>tt</sup> begerer <sup>n)</sup>, att vy <sup>o)</sup> de Suenske <sup>p)</sup> passen veigre och hindre skulde <sup>q)</sup>, meden och Eders K<sup>tt</sup> pass thillstede for huis folk och skibe Eders K<sup>tt</sup> fra fremmede steder gemmell woris strømme acter att lade forde och indføre, <sup>r)</sup> med widere samme schriffuse indeholder.

Saa wille wy Eders K<sup>tt</sup> her paa till naborlig wenligt suar haffue uforholdett, att wy oss nu icke wide att besinde nogen Eders K<sup>tt</sup> schriffuse ubeanttuordet att haffue ladett forbliffue. <sup>s)</sup> Wide oss och icke nogen aarsag att haffue giffuitt, att Eders K<sup>tt</sup> sig aff <sup>t)</sup> voris skibe eller folck nogett fiendhlig skulle formode. Wy forseer oss derimodt venligenn och naborligenn, att Eders K<sup>tt</sup> paa wore strømme <sup>u)</sup> inted fiendtlig mod nogen lader foretage, huorwed wortt rigis høighedt i nogen maader <sup>x)</sup> kunde interesseris.

Och effterdi wy icke kunde see, Eders K<sup>tt</sup> nogett fructbarligt <sup>y)</sup> paa de steder thill siøis nu <sup>z)</sup> att kunde udrette, meden <sup>aa)</sup> meget mere orsag <sup>ab)</sup> giffue, att handelen for Eders K<sup>tt</sup> egne <sup>ac)</sup> undersatter, saa vell som den fri commerce <sup>ad)</sup> och seglation, maatte giøris besuerlig, <sup>ae)</sup> daa erre wy wenligen och naborliggen formodendis, E.K<sup>tt</sup> jo ingen tilfelde eller anlass thil siøis <sup>af)</sup> wilde giffue, huorwed saadant matte aff E.K<sup>tt</sup> wederpart <sup>ag)</sup> stillis udi verkett, huilket dess egne <sup>ah)</sup> undersatter (uden nogen nytte der med att skaffe) thil største skade kunde gerade.

<sup>ai)</sup> Ellers <sup>al)</sup> belangende passen gemmell wortt Øresundt, den ville vy E.K<sup>tt</sup> uforholdett haffue, att efftersom wy nogen tiid <sup>am)</sup> forleden haffuer betrackted, att woris høighedt och strømme <sup>an)</sup> wed saadan fri durzug och armaders <sup>ao)</sup> pass fast interesseris, effterdi den immediate skeer mitt igemzell vortt rige <sup>ap)</sup>, serdelis och for andet der udi <sup>aq)</sup>, att saafremt den polske krone <sup>ar)</sup> fri durchzug <sup>as)</sup> [och] pass bleff effterlatt, att <sup>at)</sup> daa samme pass <sup>au)</sup> den swenske krone <sup>ax)</sup> icke at <sup>ay)</sup> kunde veigris (effterdi vy Gud verre loffuet med huerken <sup>az)</sup> oss nogen ubestandt wide), huoroffuer attskillige fientligheder mellom begge croner <sup>ba)</sup> paa voris

strømme sig kunde foraarsagis att <sup>bb)</sup> tildrage vortt rige och dess høighedt <sup>bc)</sup> thil yderste nachdeell, huorfore wy och med voris elskede r.r. raadt <sup>bd)</sup> saadan pass, saa wiitt aarlogskibe, <sup>be)</sup> folck och munition angaar <sup>bf)</sup>, aldelis <sup>bg)</sup> att sluttis och ingen saadan passage nogen att tilstede haffuer resloverit.

Och efftersom saadant den gamle altid vederholdne <sup>bh)</sup> sæduane och vortt rigis saa vell som denn gemene alle potentaters høighedt <sup>bi)</sup> er gemess, forseer vy oss naborligen, E.K<sup>t</sup> saadant i alle venlige maader forstaendis worder. Anseendis y synderlighedt E.K<sup>t</sup> der udi intedh præjudiceris, eller y ringiste maader videre end sin vederparter der udi interesseris. Huis wy ellers E.K<sup>t</sup> <sup>bl)</sup> thil nogen naborlig vilge och velbefalde wide att werre, der till wille wy alltid findis gandske velluillige.

<sup>bm)</sup> Och ville E.K<sup>t</sup> samt dess elsk. kierre gemall her med udi Gud den allermectigstis allerhøigste beskermelse <sup>bn)</sup> naborlig venligen haffue befalit.

*In margine:* Det polniske skrifflse skickedis KM tilbage

*In dorso:* H K M Regi Poloniae om flode i Østersøen och pas per fretum Øresund

*Manu recentiore:* Rigsraadsbreve.35

- a) wy *expunct.*
- b) fra oss *add. sup. lin.*
- c) verre *add. sup. lin.*, haffue *expunct.*
- d) efftersom *expunct.*
- e) och krig *add. in marg.*
- f) for *expunct.*
- g) och er *add. sup. lin.*, sed och *expunct.*
- h) er *expunct.*
- i) och *add. sup. lin.*, *alium* och(?) *expunct.*
- l) itt aars *add. sup. lin.*
- m) Huorfore *add. sup. lin.*, Saa *expunct.*
- n) *Correct. ex* begerer Eders Ktt
- o) icke allene *expunct.*
- p) eller deris folk *expunct.*
- q) veigre och hindre skulde *add. in marg. et sup. lin.*, genmom wore strømme, icke ville thillstede *expunct.*
- r) och ellers *expunct.*
- s) och *expunct.*
- t) oss eller *expunct.*
- u) och forbedt *expunct.*
- x) i nogen maader *add. sup. lin.*
- y) fructbarligt *add. in marg.*
- z) nu *add. sup. lin.*
- aa) meden *correct. ex* megden
- ab) orsag *add. in marg. sup. thilfede, aarsag expunct.*
- ac) egne *add. sup. lin., in margine prope hacc verba NB.*
- ad) och traficq *expunct.*
- ae) Eders Kts wederpartt som der foruden stor magt thil siøis haffuer och all god leilihed sin flode att underholde, der *expunct.*
- af) tilfede ... siøis *add. in marg., anlass expunct.*, og aarsag *add. sup. lin., sed expunct.*
- ag) aft E.Kts wederpart *add. in marg.*
- ah) egne *add. sup. lin.*
- ai) For dett sidste *expunct.*
- al) Ellers *add. sup. lin.*
- am) nogen tild *add. sup. lin.*, nogle aar *expunct.*
- an) att ... strømme *add. in marg.*
- ao) durzug och armaders *add. sup. lin.*
- ap) efterdi ... rige *add. in marg. cum correct.*
- aq) udi *correct. ex.* ued
- ar) polske krone *add. sup. lin.*, ene partt *expunct.*
- as) durchzug *add. sup. lin.*
- at) att *add. in marg.*, den *expunct.*
- au) samme pass *add. sup. lin.*
- ax) swenske krone *add. sub et sup. lin., anden expunct.*
- ay) at *add. sup. lin.*
- az) dennom *expunct.*
- ba) croner *add. sup. lin.*, parter *expunct.*
- bb) foaraarsagis att *add. sup. lin.*
- bc) saa well som den fri navigation och commerce *expunct.*
- bd) med ... raadt *add. in marg.*
- be) och *expunct.*
- bf) efter den *add. in marg., sed expunct.*
- bg) aldelis *verbum hoc deletum est.*
- bh) altid vederholdne *add. sup. lin.*
- bi) som icke gerne nogen fremmede poter (!) *expunct.*
- bj) udi nogen maader vide *expunct.*
- bm) *Verbum, quod legi non potest, expunct.*
- bn) thill all k. lig ... och velf. *expunct.*

H K M

C 4

Høigbaarne fyrste, besynderlige gode wen och naaboe.

Eders K<sup>ts</sup> schriffuelse, daterit Warsou den 30 Martii nest forleden, er oss well behendiget, och forfare wy wenligen der aff, først att E.K. oss for nogen tiid thillskreffuitt haffuer belangende sine skibe och folck udi Østersøen aff voris ingenn hinder att maa thillfoysis, huorpaa ingen suar aff oss skall werre giffuitt. Dernest och att den missforstandt och krig, som mellom Suerig och Polen nogle aar her waaritt haffuer, er, særdelis den tiid E.K. med dett tyrkiske tog forhindredis, bleffuen continuerit och endnu aff <sup>a)</sup> Suerigis krone mod tilbudne itt aarss stil-lestand formenis att skulle continueris. Huorfore E.K. begierer, att vy de Suenske passen veigre och hindre ville <sup>b)</sup> och E.K. den thilstede for huis folk och schibe, E.K. fra fremmede steder gemmell woris strømme acter att lade fordre och indføre med videre samme schriffuelse indeholder.

Saa wille wy E.K. heerpaa til ett naborligt venligt suar haffue ufor-holditt, att wy oss nu icke vide att befinde nogen E.K. schriffuel(r) ubeanttuordett att haffue ladet forbliffue. Wide oss och derforuden icke nogen aarsag att haffue giffuen, att E.K. aff woris skibe och folck noget fiendtlig sig skulde formode. Wy forseer oss wenligen och naborlingen derimodt, att E.K. paa vore strømme inted fiendtligt mod nogen lader foretage, huorwed vortt rigis høighedt i nogen maader kunde interes-seris <sup>c)</sup>.

Ellers belangende passen gemmell wortt Øresundt, daa wille wy E.K. uforholdet haffue, att efftersom wy nogen tiid forleden haffuer betrack-ted woris kronis høighedt och strømme wed saadan fri durchzug och armaders <sup>d)</sup> pass fast att interesseris (effterdi den immediate skeer mitt igiem mell wortt rige), særdelis och for allt andet der udi, att saafremt den polniske crone fri durchzug och pas bleff effterladt, att dett samme daa den suenske crone icke kunde weigris (effterdi vy Gud den allermec-tigste verre loffuitt med huerken oss nogen ubestandt wide). Huoroffuer attskillige fiendtigheder mellom begge croner paa woris strømme sig kunde foraarsagis att tildrage, wortt rige och dess høighedt till yderste nachdeell, huorfore wy och med woris elsk. rigens raadz <sup>e)</sup> underdanigste betenkende saadan pass (saa wiitt aarlogskibe, folk och munition angaar) aldelis att sluttis, och ingen saadan passage nogen att thilstede haffuer resolverit.

Och efftersom saadant den gamle alltid underholdne sæduane och wortt rigis saa well som den gemene alle potentaters høighedt er gemess, forseer wy oss naborlien E.K. saadant y alle wenlige maader forstaendis worde. Anseendis y synderlighedt, att E.K. derudi inted præjudiceris eller y det ringiste videre end sin vederparti derudi interesseris. Huis wy ellers Eders K<sup>ts</sup> thill nogen naboerlig vilge och welbefalde vide att werre, der till wille wy alltid findis gandske welluillige.

Och ville E.K. sambt dess elsk. kierre gemaall her med udi Gud den allermectigstis allerhøigste beskermelse naboerlingen wenligen haffue befatit.

*In dorso, alia manu: Breff och suar till kongen i Polen paa fri passage igiennem Øresundt.*

Hafniae, den 11.Maii 1624.

- a) de *expunct.*
  - b) ville *add. sup. lin.*, skulle *expunct.*
  - c) Och effterdi wy icke kunde see E.K. noget fructbaarligt paa de steder thill siøis nu att kunde udrette, meden fest mere gifflue aarsag att handelen for E.K. egne undersatter saa vell som den frii commerce och seglation maatte giørs besuerlig, daa erre wy wenligon och naborligon formodendis, E.K. jo ingen tilfelle eller anlass wilde gifflue, huorwed saadant maatte thill siøis aff E.K. wederpartt stillis udi werckett, huilkett dess egne undersatter (uden nogen nytte der med att skaffe) thill største skade kunde gerade. *expunct.* NB att omittenda hæc *add. in marg.*
  - d) durchzug och armaders *add. in marg.*
  - e) be *expunct.*
- \* Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1619-1624, fol. 172 r. - 173 r. (Pars Externa Cancellariae Danicae. Acta Suedica).

N. 80.

Varsaviae, 5 Iulii 1624.

*Sigismundus III rex Poloniae  
universis*

*notificat transumptum authenticum decreti a Sigismundo Augusto Polo-  
niae rege Lublini lati 17.V.1569, in lite inter Ioannem Kostka, thesa-  
rarium Prussiae, et Ioannem Kostka, advocatum Mariaemburgensem.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, etc.*

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis repertas esse in actis Cancellariae nostrae Maioris literas infrascriptas, supplicatumque nobis, ut easdem ex iisdem describi atque autentice extradi mandare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor sequitur eiusmodi:

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc., quod cum orta esset controversia coram iudicio relationum propriarum nostrarum causarum ad nos cognitionemque nostram pertinentium inter Generosum Ioannem Kostka de Stembergk, Castellatum Gedanensem, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium, Pucensem Dirsoviensemque Capitaneum ab una, et Generosum Ioannem Kostka a Stembergk, arcis nostrae Mariaemburgensis advocationem, parte ab altera, ratione iurisdictionis <sup>a)</sup> insularum nostrarum: Mariaemburgensis maioris et minoris, quam utraque partium praeponitatarum sibi competere de iure et antiqua consuetudine asseverabat. In terminoque relationum nostrarum hodierno partibus utrisque coram iudicio nostro praesentibus ternumque eum ordinem <sup>b)</sup> attentantibus, Generosus Ioannes Kostka, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarius, productus coram iudicio nostro literis ordinationis Divi parentis nostri, manu eiusdem subscriptis, ac item aliis Divi parentis nostri literis, Magnifico olim Stanislao Kostka patri illius concessis, tum etiam literis Generosi olim Ioannis Balinski, <sup>c)</sup> terrarum nostrarum Prussiae Thesaurariorum, antecessorum suorum simulque literis demortuorum Advocatorum Mariaemburgensium, Melchioris Glenbus <sup>c)</sup> et Petri a Schlessema <sup>c)</sup> ipsiusque Advocati moderni, manu propria

scriptis, ac testimoniis iuratorum et fidei dignorum hominum comprobabat, iurisdictionem insulanorum ad ipsum Thesaurarium pertinere. Vicissim quoque memoratus Advocatus Marienburgensis referebat iurisdictionem ultrarumque insularum Marienburgensium, vigore privilegii super Advocatum Marienburgensem concessi, ad ipsum met Advocatum spectare. Nos cum consiliariis et iurisperitis nostris, controversia partium examinata, iuribusque et privilegiis earundem ac ordinatione Divi Parentis nostri revisis et perpensis, ordinationi eidem Divi parentis nostri inhaerentes, decernimus: utrarumque Insularum Marienburgensium iurisdictionem in causis omnibus, tam criminalibus quam civilibus, ad Advocatum arcis nostrae Marienburgensis, pro tempore existentem, ut prioris instantiae iudicem pertinere. Ab eo vero appellations in causis omnibus civilibus et criminalibus admittendae dirigendaeque sunt ad Generosum Ioannem Kostka, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurarium praesentem et pro tempore existentem, tanquam ad secundae instantiae superiorem iudicem. Ad quem solum non modo locationes curiarum et cognitio controversiarum, super contractibus ortarum, sed etiam omnium proventuum aliorum terrarum nostrarum Prussiae provisio spectat. Salva nihilominus a Thesaurarii eiusdem sententia appellatione ad Tribunal nostrum, uti omnium iudiciorum Supremum Iudicem ([si] aliqua partium provocare voluerit) reservata, appellations vero in civilibus causis ad Tribunal nostrum admittendae erunt, quae summam triginta talerorum excedent. Porro in causis criminalibus utpote in recenti criminis deprehensis homicidii et ex praescripto iuris ad vitam alicuius hominum sese extendentis, nullae prorsus appellations ad nos admitti debent, verum Thesaurarius noster tanquam Iudex superior, adhibito Advocato et iuratis, in absentia vero Thesaurarii locum tenens illius, pro qualitate delicti iuxta iuris formam, sententia Iudicis banniti intercedente, ad poenas delinquentium procedet. Si vero talia crima inciderint, quae ad nos referri oporteat, idem Thesaurarius noster, vel in absentia dictus delegatus, sive locum tenens illius, probationibus et defensis partium diligenter examinatis, omnibusque fideliter propter nostram informationem congestis et obsignatis, de statu totius causae Nos primo quoque tempore certiores faciet, causa illa criminali ad informationem nostram in eodem vigore suspensa, hoc nostro Decreto mediante. In cuius rei fidem etc. Datum Lublini in Conventu Generali Regni, Feria Sexta ante Dominicam Conductus Paschae proxima. Anno Domini MDLXIX<sup>0</sup>, Regni vero nostri anno quadragesimo. Relatio Magnifici Valentini Dembiński de Dembiany, Regni Poloniae Cancellarii. Cui supplicationi nos benigne annuentes literas praemittimus, prout in actis Cancellariae nostrae Maioris continentur, ex iisdem describi atque autentice extradi mandavimus. Quibus in maiorem fidem sigillum Regni est impressum. Datum Varsaviae, die V<sup>a</sup> mensis Iulii anno Domini MDCXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae XXXVII, Suetiae vero XXXI anno.

Relatio Reverendi in Christo Patris Domini Andreae Lipski a Lipe, Episcopi Vladislaviensis et Pomeraniensis, Regni Poloniae Supremi Cancellarii.

<sup>1)</sup> Andreas Lipski, Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniensis, Regni Poloniae Cancellarius <sup>1).</sup>

Max[imilianus] Fredro sua propria manu.

*In dorso: Inter Ekonomum et Advocatum decretum.*

*Alia manu: Decretum Sigismundi II.*

- a) *sic in ms.* f) *hic lacuna*  
b) *lectio incerta, charta lacerata.* g) *in ms. iudici*  
c) *lectio incerta.* h) *sic in ms.*  
d)-e) *sub his verbis linea est ducta.* i)-j) *manu propria Andreae Lipskti*

*N. 81.*

*Varsaviae, 20 Novembris 1624.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(*Orig., sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

*Epistola eiusdem tenoris ac doc. N. 65.*

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Haffniae, 17 Januarii 1625.*

*N. 82.*

*Haderslebiae, 22 Novembris 1624.*

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
causas Ioannis Røper et Anders Andersson fusius refert.*

(*Concept.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

H K M  
C 4

Eders Kierlighedz skriffuelsse, daterit Warsau den 8.Maii nestforleden, er oss nogen tid forleden aff en Eders K<sup>tt</sup>s hidskickede <sup>a)</sup>, wed naafn Stafen Stahle, indleffuerett, <sup>b)</sup> belangende thuende E.K. tienere. Den ene Hans Roper, som her udi fengselit er død worden, huis effterladne børn E.K. begierer mod sine wederparter att forhielpes till rette <sup>c)</sup>. Den anden, Anders Andersen, som forledne aar <sup>d)</sup> effter <sup>e)</sup> de Suenskis anklagen udi Helsingborg bleff affliffuet, och att hans <sup>f)</sup> effterladte løssøre <sup>g)</sup> for<sup>te</sup> Stafen Stahle maa thillstellis. Saa wille vi Eders K<sup>tt</sup> her paa venligenv uforholdit haffue, att wy <sup>h)</sup> om nestbe<sup>te</sup> tuende, den <sup>i)</sup> affgangnis saa vel som den <sup>j)</sup> rettedis leilighedt och dess aarsager <sup>m)</sup>, haffuer ladit med fliidt randsage <sup>n)</sup>. Saa forfare wy, att Hans Røper er effter vor kiøbstad <sup>o)</sup> Kiøbenhaffns <sup>p)</sup> ordentlige stadzret indsatt udi fengsell for en temmelig summa penge, som en anden for hannem, som en forloffuere, udlaggt haffue. Saafrembt nu nogen dennem, som hannem haffuer <sup>q)</sup> ladet indsette,

wille lade tiltale, skall dennem vederfaris huis rett er, saafrembt <sup>r)</sup>  
forne affgangne Røper <sup>s)</sup> nogen urett kunde verre skeedt.

Belangende Anders Andersøn, som sig for E.K.<sup>tt</sup> tiener udgaff, endog saadant icke aff byfogden <sup>1)</sup> den tid kunde letteligen trois efter sagens tilstandt <sup>t)</sup>, daa er hand aff sine <sup>v)</sup> forløftismend udi Suerige <sup>x)</sup> och dennem, hand nogen pendinge undført haffde <sup>y)</sup>, som en tyff och misdedere her anklagett. Och effterdi ingen retten bør eller kand veigris, synderlig naar en privat person retten begierer offuer en anden som en privat for beuisslige misshandlinger, daa haffuer voris <sup>z)</sup> byfoget icke vist att veigre den anklagende lou och rett, meden <sup>aa)</sup> offuer den anklagte ladet gaa dumb och execution, och er dommen <sup>ab)</sup> endnu usteffnet. Belangende hans effterladte, daa haffuer for<sup>te</sup> Stafen Stahle siden E.K. schriffislsis offuerleuerelse ingen videre anfordring giortt, enten der om eller om suar paa denne E.K. schriffuellelse, ei heller er oss noget beuist om saadan effterladts tilstand <sup>ac)</sup>.

Ellers forseer wy oss, att ingen E.K.<sup>tt</sup> tiener eller de, sig paa E.K.<sup>tt</sup> beraabt haffue, med rette skulle kunde sige sig <sup>ad)</sup> andet end allt gott her udi rigett vere <sup>ae)</sup> wederfarett, effter som vy och fremdelis <sup>af)</sup> thill allt dett ville <sup>ag)</sup> befindis <sup>ah)</sup> ai) willige och redebonne, <sup>ak)</sup> som dett gode naboe och venskab, oss och E.K. mellom er och altid werrett haffuer, kand tiene <sup>al)</sup> att underholde och formere <sup>am)</sup>.

Och befale E.K.<sup>tt</sup> <sup>an)</sup> her med udi Gud den allermegtigstis nadige beskermelise naborligen och wenligen. Aff vortt slot Hadersleff den 22.november 1624.

*Alia manu:* Paa opskripten aff samme breff bekom hand sin rette thithell, effther som den forfantis ingen i hanss egitt breff.

*In dorso:* Kongen i Paalen fitch suar paa sin schriffuellelse thill kong. may<sup>tt</sup> om Hanss Røper och Anderss Andersen. Hadersslöffhus, 22. Novembbris 1624.

- a) hidskickede add. sup. lin., tiener *expunct.*,  
afferdigte add. sup. lin., sed *expunct.*
  - b) formelnde *expunct.*
  - c) huis effterladne ... till rette add. in marg.
  - d) ledne aar add. sup. lin., nogen tildt siden  
ved *expunct.*
  - e) effter add. sup. lin., paa *expunct.*
  - f) hans add. sup. lin.
  - g) lossore add. sup. lin.
  - h) strax om samme nestbete tuende nadigst  
*expunct.*, alia verba, i.a. tilstand, lellighed,  
*quae non leguntur*, add. sup. lin., sed *expunct.*
  - i) den add. sup. lin.
  - l) saa vel som den add. sup. lin., och bort  
*expunct.*
  - m) och dess aarsager add. sup. lin.
  - n) randsage add. sup. lin., forfare *expunct.*
  - o) vor kiøbstad add. in marg., stad *expunct.*
  - p) byes *expunct.*
  - q) haffuer *correct. ex* indsats
  - r) hannem *expunct.*
  - s) forne affgangne Roper add. in marg.
  - t) som sig ... tilstandt add. in marg. cum *correctionibus.*
  - v) sine add. sup. lin., hans *expunct.*
  - x) her *expunct.*
- y) haffde *correct. ex* haffuer
  - z) voris add. sup. lin.
  - aa) meden add. sup. lin., huorfore och *expunct.*
  - ab) dommen add. sup. lin., hans dom *expunct.*
  - ac) Belangende ... tilstand add. in marg. cum *multis correctionibus.* Tillmed saa haffuer samme fange ingen sae (?) fremt och derfor udi samme sag allene sæduanlige rettens proces holdet. *Expunct.*
  - ad) med rette ... sig add. sup. lin.
  - ae) vere add. sup. lin., er *expunct.*
  - af) at *expunct.*
  - ag) lade *expunct.*
  - ah) befindis *correct. ex* befinde
  - ai) be *expunct*
  - ak) alt det add. sup. lin., sed *expunct.*
  - al) icke allene *expunct.*
  - am) och formere add. sup. lin., meden och  
ved cum aliis verbis *quae non leguntur*,  
*expunct.*
  - an) her med sambt dess elsk. kere *expunct.*
  - 1) scil. Hans Lauritzen
  - \* Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1619-  
1624, fol. 326 r. - 326 v. (Pars Externa Can-  
cellariae Danicae. Acta Suedica)

Varsaviae, 14 Aprilis 1625.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
petit, ut militum praefectus Gustavus Sparre adiuvetur in lite sua de fundo  
Knabstrup post mortem Elisabethae Trolle excitata.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus mädh Gudz nådhe Schwerigis etc. konungh etc. så och konungh uti Pählen etc., tilbiude den stoormechtige, högborne förste och herre, herr Christian den Fierde, med Gudz nådhe Dannemarks etc. konungh etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och nabor.

Oss är berättedt aff vår troo tiänare, camerherre och bestältte öffwerste, Gustaf Sparre, frijherre till Sundby, att för någre åhr sedhen är een hans fränke, fru Elizabeth Trolle, framledne Gabriel Sparres till Swanssholm effterlattne änckie, i Dannemarks rijke dödh bleffwen. Huilken fru war wälb:te Sparres fadher liiflige modhersyster <sup>1)</sup>, och hafwer någen tidh för sin dödh uti sin godhe wälmåge och lefwendes liff effter dansk lag och rätt öffwergiffwit och förtestamentteratt sine systersbarn, barn som war sal: her Erik Sparres (vår och Swerigis rijkes fordrom canzlers) twå söner, Gustaf och Jahan Sparre, såsom och sal. Jahan Sparres <sup>2)</sup> barn, Sigismundus och Beate Sparre (huilke för den trooheet, de oss skyldig, som och hertig Carls tyrannij skuldh här uttwegne wore) eet sitt godz i Dannemarks rijke liggiendes wid nampn Knappstårp. Huilket godz effter förbemelte fru Elizabeth Gabriel Sparres dödh Jahan Sparre <sup>3)</sup> sig allena rätt att hafwe tillägner, utslutendes sin äldre brodher, som icke tilstädz war, som och bäge sin syskenebarn, huilke på den tidh där tilstädes, doch små och omyndige, wore, föregifwendes honom allena på hennes ytterste dätte godz ware förtestementeratt, huilket och in præiuditio alle de andre medarffwinger wore. Nu hafwer icke allena forb: Jahan Sparre dette godz i Dannemark at sällie sigh understått, uthen är och hem till Sverige dragen, där han så wäll sin som och sine medarffwingers deel ärrft och nuthdedt.

Ar derföre till E.K:tt vår naborlige wänlige begären, E.K:tt wele forb:te wäre trogne undersäthe til deres rätt uti samme godz förhielpe och icke tilstädie, at de, som sig här hos oss trooligen förhälle, af dem, som i Sverige är, och alt deres innehafwe icke någen örätt wederfahrens matte. Ingelunde tuiflendes, att E.K:tt forb:te Sparrer denne vår förskrefft åtniute lathe. Huaruti wij igen i lijke eller större fahll E.K:tt til all naborlig willie och wänskap ware kunne, där till wele wij altijd finnes ganske wällwillige och benägne.

Och wele här medh E.K:tt uti Gudz den alzmechtigestes högste beskärmelsse naborligen och wänlichen hafwe befallett. Af vårt konungzlige slät Warschow den 14.Aprilis anno 1625.

Sigismundus Rex

1) Erik Sparre pater ejus fuit, Brita Trolle 2) scil. Johan Larsson Sparre.  
avia ejus et soror Elisabethae. 3) scil. Johan Eriksson Sparre.

N. 84.

Varsaviae, 25 Aprilis 1625.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro Friderico Ludvigson, subdito Danico, servitore suo, in Dania in carcerem misso, intercedit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

*Serenissime Princeps, Amice, Cognate et Vicine noster charissime.*

Famatus Fridericus Ludvichson, fidelis Serenitatis Vestrae subditus, nobis vero de propensa serviendi voluntate commendatus, hactenus in Regnis et Dominiis Serenitatis Vestrae cum debita morum integritate et legum observantia versatus est. Nunc eundem nostrorum et Regni nostri hostium temeritas ad Serenitatem Vestram maligne detulit effecitque, ut vinculorum et carcerum nexibus manciparetur. Cum autem eorum indemnitat pariter ac incolumitati, qui clementiae nostrae favores promereri student, benigne prospectum cupiamus, a Serenitate Vestra amanter postulamus, quatenus non modo praefatum Fridericum Ludvichson nihil contra salutem publicam Dominiorum Serenitatis Vestrae machinantem, sed duntaxat studiosa inclinatione gratiae nostrae augmenta affectantem, custodia emissum pristinae libertati donare velit; verum etiam quosvis servitores nostros in Regna et provincias Serenitatis Vestrae venientes libere et secure ibidem morari et quandocunque ad nos redire patiatur. Nos vicissim Serenitatis Vestrae subditis in Regnis nostris agentibus omnem securitatis protectionem et gratiae significationem clementer impertiemur. De caetero Serenitati Vestrae diuturnam sospitatem et felices consiliorum suorum successus a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXV Aprilis, anno Domini M.DCXXV, Regnorum nostrorum Poloniae XXXVIII, Sueciae vero XXXII.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae intercedit pro Friderico Ludovichson. Praesentatae Steinburgi, 3 Junii 1625.*

N. 85.

Stenburgi, 3 Iunii 1625.

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
respondeat ad litteras praecedentes.*

(Exemplar) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Christianus Quartus etc.  
Serenissime Princeps etc.*

*Perlatae fuerunt ad manus nostras Serenitatis Vestrae literae, quibus pro Friderico Ludovichson intercedit, ut eum custodia emissum pristinae*

libertati donare velimus; deinde, ut Serenitatis Vestrae subditos in Regnis et Provinciis nostris libere et secure morari patiamur. Ad prius quod attinet, videmus Serenitati Vestrae falsis suggestionibus persuasum esse, quasi praedictus Fridericus ob nihil aliud, quam quod studiosa inclinatione Serenitatis Vestrae gratiam augere studeret, carceri mancipatus sit, cum tamen res aliter longe sese habeat. Cum enim atrocissimas contumelias et petulantissima dictoria in totam Nationem Suecicam, quae non dubitamus Serenitati Vestrae summopere displicitura, per literas effutiisset, atque ob id a Serenissimo Sueciae Rege, in cuius manus literae istae pervenerant, ad capitinis supplicium vi transactionis Stetinensis deposceretur, Nos alter facere non potuimus, quin extremo supplicio eum addiceremus; tamen cum Serenissimus Sueciae Rex, sententiae executionem non urgeret, in vincula damnatus fuit. De caetero persuadeat sibi Serenitas Vestra subditos suos non modo libere et secure in Regnis ac Provinciis nostris morari, sed etiam ita accipi et haberi, ut vicini et amici Principis subditos aequum est; neque unquam permittemus, quam diu ipsi intra modestiae limites se continebunt, ut durius cum ipsis agatur. Quod Serenitati Vestrae significandum duximus, ne ipsa sinistris susurrationibus aliorum aures praebeat. Cui prosperae valetudinis usum et foelicia quaeque a Deo Optimo Maximo enixe precamur. Dabantur etc.

*In dorso: Ad Regem Poloniae.  
Stenburgi 3 Junii 1625.*

\* Epistula orig. missa est ad Sigismundum Indtil 1676, 10, Latina, 1616-31, fol. 149 v.-  
III (v. copiarium T.K.U.A. Alm. del 1, 150 r.)

N. 86.

Gemierniciis, 18 Novembris 1625.

Sigismundus III rex Poloniae  
ad Georgium Guilelmum electorem Brandenburgensem,  
quem de matrimonio, cum principissa Transilvaniae sine scitu et assensu  
suo contracto, obiurgat.  
(Exemplar)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc., Illustrissimo Principi, Domino Georgio Guilielmo Marchioni Brandenburgiae, Sacri Romani Imperii Archi-Camerario et Electori etc., Affini, uti Filio nostro charissimo, salutem et omnem felicitatem.

Illustrissime Princeps, Affinis, uti Fili nostro charissime.

Optassemus, ut Illustritas Vestra maturius et re adhuc integra de ineunda cum Principe Transylvaniae affinitate ad nos pro eo, ac par erat, retulisset, meminissetque cum legationis nostrae, qua anno superiore Illustratitudi Vestrae iudicium voluntatemque nostram aperuimus, tum responsi sui, quo se ab his nuptiis abhorrente, neque absque scitu et assensu nostro quidquam facturam declaraverat. Cum enim rem prope iam confectam Illustritas Vestra iudicio et arbitrio nostro subiicit, quam amice et candide nobiscum agat, quamque et beneficii accepti gratum, et fidei datae tenacem et tot necessitudinum memorem sese ostendat, orbis iudicabit universus. Num Serenissimus Romanorum Imperator his nuptiis

faveat, quid rationes, quid exempla ab Illustritate Vestra adducta valeant, non disceptamus, cum in altero neque nos dependere ab alieno arbitrio velimus, neque Illustritas Vestra debeat; in altero binum quidem exemplum, sed utriusque matrimonii, Turcicæ servitutis obnoxii, infelix et inglorius extitit exitus, nec disparem Illustritas Vestra domui suae polliceatur, nos parem ominari et precari nolumus. Itaque non laboramus, quam recto et ad orbis iudicium laudabile ad suique cum nominis tum generis charitatem tuendam salubri consilio Illustritas Vestra usa est, quam graviter et permoleste ferimus posthabitam ea in parte auctoritatem nostram regiam beneficiarii feudalisque officii necessitudinem neglectam, affinitatis, fidei, amicitiae iura parvi aestimata, renovatumque prioris doloris vulnus Suetica affinitate inflictum, cui sanando ni diligentius Illustritas Vestra incubuerit, sed nova hac acerbitate veteres cicatrices refricare voluerit, ineunda omnino <sup>a)</sup> nobis ratio cum ordinibus Regni foret, qua et Illustratatem Vestram officii sui serio admonemus, et quid nobis et Reipublicae in eiusmodi occasionibus debeat, quave fide et quibus conditionibus ligii <sup>b)</sup> feudatarii <sup>c)</sup> obstricta sit, luculentius Illustratati Vestrae declaremus et denique, ne quid incommodi ex duplicata hac affinitate Reipublicae eveniat, destinataque et consilia ceptis nobis patefacta ei noceant, prospiciamus, testatumque faciamus, nos eiusmodi iniuriis permoveri <sup>d)</sup>, quae eo graviores acerbioresque sunt, cum ab eis proficiscuntur, qui ob accepta a nobis beneficia, vel vitae suae discrimine eas propulsare deberent. [De] <sup>e)</sup> cetero Illustratatem Vestram bene ac feliciter valere cupimus. Datum Gemierniciis, die 18 mensis Novembbris, anno Domini M.DCXXV, Regnorum nostrorum Poloniae 38, Sueciae 32.

Sigismundus Rex.

*In dorso:* Copia litterarum Regis Sigismundi ad Electorem Brandenburgensem de nuptiis cum Bethlem Gabor.

a) *in ms. omnio.*

d) *in ms. pemoveri.*

b) *sic in ms.*

e) *hic macula.*

c) *in ms. verbum contractum: feu; sequitur  
quoddam signum.*

N. 87.

Varsaviae, 17 Aprilis 1626.

*Sigismundus III rex Poloniae*

*ad Christianum IV regem Daniae;*

*de consilio suo Comitiorumque nuntiat bellum adversus Gustavum Adol-*

*fum gerendi liberumque transitum expetit navibus suis.*

*(Orig., sig. vest.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Wij Sigismundus mädh Gudz nådhe Swerigs etc. konungh etc., så och konung uti Pählen etc., tilbiude den stormechtigeste, högbärne furste och herre, herr Christian den Fierde, med Gudz nådhe Dannemarks etc. konungh etc.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och naboe.

Eders K:tt är noggambt wetterligit mädh hwad h oskähl vår lähnsförste och framledne otrogne fadherbrother, hertigh Carl, mädh list och wåldh oss vårt wällfängne konungzligett <sup>a)</sup> arffrike Sverige aftrångt,

huilket intill denna dagh hans sån hertig Göstaff, framhärdandes i sin fadher onde försätt, oss ännu förhåller. Huarmädh han ändå sigh icke nöije lathett, oansee wij honom ingen orsak, dätte vårt wahlkonunge-rike Pählen att ahnfächta gifwit! Så hafwer han doch störste deelen i Lifflandt, mäden wij mädh alle christnes fiender, Turcken och Tattaren, att göre hadhe, intaget, och mäden han altidh föregifwit wänlig under-handling och ewig fredh att trachtera wela, därföre wij ej heller någen synnerlig kriegsmacht i Lifflandt eller Littawen at hälle förtänckte wore. Huilket hans fredälskende tilbudh, den han så mycket så wäl skrifftligen som mundtligi sigh uppå beroper, icke annorlunde påskina lathet. Uthen denne förgångne sommer, den tidih Gudh vårt rijke mädh pestilents hemsoikt, och wij ingen kriegsmacht förmodett, på nytt öffwerfallitt Liff-landt, en del i Cührlandt och Littawen inbekommitt, och månge tusendt meniskier oskyldigh om liff och all wälfärdh bracht. Mäden wij nu på vårt höge konungzlige ämbethes wägne icke längre hans falske föregif-wende trachtather troo eller hans tilfogede oförrätt lijdhe kunne, hafwe wij mädh vårt elskeligg rijkzrädh och alle ständers samtyckie besluthett sådan spått och förtreet, som han oss tilfoget, at wedergöra och så mykit, oss Gudh nåden förlane will, hans otibörlige förehafwende att hemme. Därföre wij till landh och watn, såsom tidhen och lägenheten foge kan, oss mäd kriegsfalk försorie wele.

Hwarföre wij aff E.K.:tt naborligen och wänlichen begäre, där så hände, att vår skepp eller falk genom owäder eller någen annen händelsse till E.K.:tz rikker, strömmar eller hamner lände kunne, att E.K.:tt wele befahle lathe sådenne frij och obehindrede att passera, desslikest, där omträngde, för een redlig bettaling sig mädh nödtärrft att prowiantter. Hwilket wij oss till E.K. effter alle förré och läfflige contrachers upprättelssse naborlig och wähnligh förseendes warde. Såsom <sup>b)</sup> och i sådenne och mehre saaker till all naborligh willie och wänskap att ware ärre wij altidh ganske wälwellige och benägne.

Befallendes E.K.:tt här medh och altidh uti Gudz alzmechtiges milde skydd och beskärm till all långwarigh lifz sundhet och wällmåge, naborlig och wähnligh. Skriifwit på vårt konungzligitt slått i Warschow denn 17. Aprilis anno 1626.

Sigismundus Rex

a) konungzligett *correct.* ex konungzlige arff

b) Såsom *verbum hoc emendatum est.*

N. 88.

Wolffenbuettel, 20 Maii 1626.

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
inimicitiam inter Poloniam ac Sueciam deplorat; praeiens bellum pergi-  
posse putat sine navium instructione portuumque Danicorum visita-  
tione.*

(Concept. primum et alterum) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

I

C 4

Tillbiude den stoermegtige, höiborne förste och herre Sigismundo <sup>a)</sup>, med Gudz naade koning udi Polen, stoerførste udi Littouen, Ryssen, Prys-

sen, Massou, Samogitien och Liffland, saa och Suerigis, Gottis och Wendis koning, stoerførste til Findland etc., wor besynderlig goede wen och naaboe, wor naaborlig och wenlig helssen, spamt<sup>2)</sup> huad mere kierdt och godt wi formaa med Gud allermegtigste altid tilforne.

Høiborne første, besynderlig goede wen och naaboe.

Wi kand Eders K<sup>d</sup> naaborligen och wenligen icke forholde, at Eders K<sup>dz</sup> wenlige skriffelse, daterit Warskou den 17. Aprilis udi neruerende aar, er oss welbehendiggitt, huor udi Eders K<sup>d</sup> først udførlichen frembuiser och tillkiendegiffuer<sup>b)</sup>, huorledis konig Carell høilofflig ihukommelsse krigen mod Eders K<sup>d</sup> begyndt haffuer och nu frembdeelis aff kong. wurde<sup>1)</sup> udi Suerig continueris<sup>c)</sup>. Dernest er Eders Ker<sup>dz</sup> naaborlig och wenlig begering, at dersom Eders K<sup>dz</sup> skibbe eller folck udi woore riger, lande, strømme eller haffner at lande sig kunde hende, wi daa slige Eders K<sup>dz</sup> skibbe eller<sup>d)</sup> folck fry och ubehindritt wi da passere lade.

Daa endog wi ugierne fornemmer, at huis uenighed och missforstand, som imellom Eders K<sup>d</sup> och kong. wurde udi Suerig, som ere saa neer foruantter, opvoxen er, endnu at continueris, ere wi dog udi den fulkommen mening och goede forhobning, at sligt misforstand och uenighed, nest Gudz den allermegtigstes hielp disse nordiske riger mod Christenhedens finder till mere sickerhed<sup>e)</sup> och trøghed, med det første skulle blifue affhandlit och bilagt<sup>f)</sup>. Dernest och dersom de steder, huor krigen nu er heden wendt och føris, betractis, daa eracte wi den nocksom der foruden nogen<sup>g)</sup> skibs udrøstning eller danske haffners besøgelsse<sup>h)</sup>, effterdi Pollen och Littouen med huer andre<sup>i)</sup> ere landfaste, at kunde continueris.

Wi wille ellers altid till goed och fortrolig correspondence att underholde giøre, huis Eders K. till ehre och welbehag were kand<sup>1)</sup>. Wille och<sup>m)</sup> her med<sup>n)</sup> Ed<sup>z</sup> K. udi Gud[s] milde protection och naadige beskyttelse naborligen och wenligen haffue<sup>o)</sup> beffalitt.

- a) koning udi *expunct.*
- b) frembuiser och tillkiendegiffuer *add. sup. lin.*
- c) huorledis ... continueris *add. in marg., frembuiser och tillkiendegiffuer add. post haec, sed expunct.; in initio scriptum erat aarsagen till denne krig och uenighed Eders Kid med kongelig wurde udi Suerig fører, frembuiser och tillkiendegiffuer, sed haec cum correctionibus expunct.*
- d) eller *add. sup. lin.*, och *expunct.*
- e) hed *add. sup. lin.*
- f) paa de steder, som den nu føris *add. in marg., sed expunct.*
- g) Dernest ... nogen *add. in marg.; in initio scriptum fuit* Och dersom ecke, endsklooldt fred och enighed bleffue giordt, eracter wi

dog nocksom krigen udi de lande (...) dog foruden nogen, sed *haec cum correctionibus, quae partim non leguntur, expunct.*

- h) at kunde continueris *expunct.*
- i) med huer andre *add. sup. lin.*
- l) Wi ... kand *add. in marg.*, altid findis willige och webone(?) *etiam add. in marg., sed expunct.; in initio scriptum fuit* Hullket wi Eders Kd till wenlig och naaborlig suar willde wide lade och, *sed expunct.*
- m) och *add. sup. lin.*
- n) haffue *expunct.*
- o) haffue *add. sup. lin.*
- z) sic in ms.
- 1) scil. Gustav Adolf

## C 4

Tilbiude den stoermegtige, høiborne første och herre, her Sigismundo med Guds naade konig udi Polen, stoerførste udi Littouen, Ryssen, Pryssen, Massou, Samogitien och Liffland, saa och Suerigis, Gottis och Wendis konig, stoerførste till Findland etc., wor besynderlig goede wen och naaboe, wor naborlig och wenlig helssen, sampt huad mere kierdt och godt wi formaa med Gud allermegtigste altid<sup>a)</sup> tilforn.

Høiborne første, besynderlig goede wen och naaboe.

Wi kand Eders K<sup>d</sup> naaboeligen och wenligen icke forholde, at Ed<sup>z</sup> K<sup>dz</sup> wenlige skriffuse, daterit Warskou 17.Aprilis udi neruerende aar, er os well behendigitt. Huor udi Eders K<sup>d</sup> først udførlichen frembuisser och tilkiendegiffuer, huorledis koning Carel høilofflig ihukomelsse krigen mod Ed. K<sup>d</sup> begöndt <sup>b)</sup> haffuer och nu frembdelis aff kong. wurde <sup>1)</sup> udi Suerig continueris. Dernest er Eders K<sup>dz</sup> naaboelig och wenlig begering, at dersom Ed<sup>z</sup> K<sup>dz</sup> skibbe eller folck udi wore riger, lande, strømme eller haffner at lande sig kunde hende, wi daa slige Ed<sup>z</sup> K<sup>dz</sup> skibbe eller folck fri och ubehindrett wille passere lade.

Daa endog vi ugierne fornemmer, at huis uenighed och misforstand, som imellom Eders K<sup>d</sup> och kong. wurde udi Suerig, som ere saa neer foruantter, opuoxen er, endnu at continueris, ere wi dog udi den fuldkommen meening och goede forhobning, at sligt misforstand och uenighed, nest Gud den allermægtigstes hielp disse nordeske rigger mod Christenhedens finder till mere sikerhed och trøghed, med det første skulle bliffue affhandlit och bilagt. Dernest och der som de steder, huor krigen nu heden wendlt er och føris, betractis <sup>c)</sup>, daa eracte wi den nock som der foruden nogen skibsudrøstning eller danske haffners besøgelsse, effterdi Polen och Littouen med huer andre ere landfaste, at kunde continueris.

Wi wille ellers altid till goed och fortroelig correspondence at underholde giøre, huis Ed<sup>z</sup> K<sup>d</sup> till ehre och welbehag were kand, wille och her med Ed<sup>z</sup> K<sup>d</sup> udi Gudz milde protection och naadige beskyttelse naaborligen och wenligen haffue befalitt.

*In margine invers:* Wolffensbyttell 20.Maii anno 1626.

a) altid add. sup. lin.

b) be add. sup. lin., och expunct.

c) correct. ex beten[ckis]

1) scil. Gustav Adolf

<sup>\*</sup>) Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1625-1636, fol. 55 v. - 56 v. (Pars Externa Cancelleriae Danicae. Acta Suedica)

N. 89.

Torunii, 28 Novembris 1626.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
expedit, ut telonea a civibus Polonis illegitimè extorta, restituantur.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.

Expositum nobis est nomine Famatorum Laurentii Bluers, Adriani Krone, Iacobi Floet, civium et subditorum nostrorum Gedanensium, quod cum in Regnum et portus Serenitatis Vestrae cum navibus et mercibus variis appulissent, ibique metu Sueticarum navium, mare et navigationem Gedanum versus obsidentium merces divididissent, novum thelonium praeter illud, quod Eltingorae solverant, e dictis mercibus solvere coacti fuerint; quod cum praeter morem et iura vetera locorumque et hominum

immunitates <sup>a)</sup> factum sit, quandoquidem e mercibus, quae civibus et incolis Regni Daniae Serenitatis Vestrae divenduntur, theloneum non penditur. Ideo amice a Serenitate Vestra petimus, ut thelonea in Civitatibus Serenitatis Vestrae a nostris subditis ita citra ius et aequitatem extorta perceptaque plene et integre eisdem sine difficultate restitui consuetamque libertatem et immunitatem in posterum mercibus praestari mandet. Si quid simili in occasione a nobis postulabitur, non gravate subditis Serenitatis Vestrae praestabatur. Cui prosperrimam valetudinem et folices rerum successus precamur. Datae Torunii, die XXVIII mensis Novembris, anno Domini MDCXXVI, Regnorum nostrorum Poloniae, XXXIX Sueciae vero XXXIII anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu:* Konig in Polen intercedirt vor ettliche Dantziger Kaufleute welche sich beklagen, das sie mitt ungebührlichem Zoll belegt worden. Praesentatae Glückstadt 26 Martii 1627.

a) in ms.: immunitatos

N. 90.

*Varsaviae, 24 Februarii 1628.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
universis;  
omnes per mare Balticum navigantes monet, ne in civitates a Gustavo  
Adolfo occupatas sese conferant.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis civitatum quarumcunque mari Baltico adiacentium, mercatoribus ac nautis, quicunque angustias freti Danici transeunt, notum facimus, quod cum Gustavus Adolphus Sudermaniae Dux, hostis noster et Reipublicae, non contentus inique occupato Regno nostro haereditario Sueciae, provinciam etiam Livoniae ac Prussiam hostiliter invaserit, locaque et civitates quasdam vi, quasdam dolo et proditione, occupaverit, cuius inquis molitionibus ne ulterius incrementum viresque aliunde subministrentur, etsi antea omnes et singulas civitates maritimas serio et benevole portusque communuius, quatenus mercatoribus omnibus interdicerent, ne subsidia, commeatum, aut aliud quidvis, mari navibusque mittere, aut omnino navigare praesumant, in Sueciae loca ulla vel ad portus aut civitates Livoniae Prussiaeque, quae in hostis potestatem, vel arbitrium, aut amicitiam rebellione, deditio, vel neutralitatis praetextu venere, aut quomodounque a nostro obsequio, plenaque subiectione, sese hosti eiusque communioni immiscuerunt et applicuerunt. Id ipsum tamen iterato ad noticiam deducimus ac omnes et singulos mare Balticum navigantes et per fretum Danicum transeuntes amice et benevole admoneamus, serioque interdicimus et cavemus, ne cum navibus et mercibus suis Regiomontum, Elbingam, Rigam, aliaque loca, quae in hostis potestatem et

amicitiam quomodocunque, etiam neutralitatis praetextu, devenerunt, sese conferant. Alias, si huic nostrae declaratione aliquis malevolorum mercatorum vel quorumvis negotiatorum contravenerit, is cum navibus mercibusque ac rebus omnibus confiscationi subiacebit, prout iam nonnullae naves, declarationi nostrae contravenientes, obnoxiae factae sunt. Quod quidem non hostilitatis in quenquam animo, sed ad defensionem nostrarum provinciarum subditorumque et hostilium virium imminutionem ex iure communi gentium et recepta consuetudine necessario nobis faciendum est. Datum Varsaviae, die XXIV mensis Februarii, anno Domini MDCXXVIII<sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XXXXI<sup>o</sup>, Sueciae vero XXXVI<sup>o</sup> anno.

Sigismundus Rex

Petrus Gembicki Secretarius Regius  
manu propria

N. 91.

Varsaviae, 24 Iunii 1628.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
postulat, ut quidam servitor suus, a se in Daniam missus et ibi iniuste in  
cærcores coniectus, quam primum liberetur ac secure in Poloniā re-  
mittatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi,  
Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster charissime.

Misimus ante aliquod tempus in Regnum Serenitatis Vestrae certis  
cum literis nostris Danielem Forserum, servitorem nostrum. In quibus  
literis cum nihil contineretur, nisi quod Regum Regnorumque securitati  
et dignitati semper licuit, quodque aliorum ubique Principum et gentium  
omnium moribus ac perpetuo usu observatur, ideo non potuit nobis nisi  
mirum et indignum videri, dictum servitorem nostrum nullius praterea  
facinoris convictum, contra ius gentium et libertatem, quam suis eodem  
in genere servari Serenitas Vestra cupit, in cærcores esse coniectum. Quod  
tametsi importunae fortasse solicitationi et infestis hostium nostrorum  
odiis Serenitas Vestra dare potuit, plus tamen fas publicum apud ipsam  
ponderis habiturum, neque alieno favori aut gratiae nostram iniuriam  
sperabamus Serenitatem Vestram gratificaturam. Quod eo diligentius  
propterea Serenitati Vestrae proponendum et ab ipsa postulandum du-  
ximus, ut quod in praefatum Forserum contra ius publicum quacunque  
specie admissum est, meliore iure Serenitas Vestra correctum velit, eum-  
que carceribus et alia omni molestia ac periculo exolutum et liberatum,  
ita quamprimum dimitti faciat, ut ad nos idonea plenaque cum securitate  
redire possit. Qua in re Serenitas Vestra et sua dignitati et juri gentium  
in primis satisfaciet, neque ansam similibus aut aliis indignis casibus  
praebebit. Nos quoque animum ipsius extra inimicitias et affectus alienos  
iustitiae et aequitati addictum agnoscemus. Cui de caetero longam inco-  
lumitatem et felicitatem precamur. Datum Varsoviae, die XXIV mensis

Iunii, anno Domini MDCXXVIII, Regnorum nostrorum Poloniae XXXXI<sup>0</sup>,  
Sueciae vero XXXV<sup>0</sup> anno.

Sigismundus Rex.

*Sequitur in archivō folium ad hanc epistolarum seriem minime  
pertinens.*

N. 92.

Hafniae, 9 Augusti 1629.

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae  
de mediatione a Britanniae rege [Carolo I] oblata in bello [Suetico] com-  
ponendo.*

(*Conceputum? Exemplar?*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Christianus Quartus etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Testatus est nobis hisce diebus Serenissimus Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Rex, per legatum suum, Virum Nobilem, Thomam Roe, Equitem Auratum, quantae sibi molestiae et dolori sit, quod bellum istud, quo iam ab aliquot <sup>a)</sup> annis Serenitas Vestrae distinetur, hactenus non modo componi non potuerit, sed etiam in dies magis magisque exardescat.

Quae res cum vicinis omnibus gravi iacturae ac damno sit, paulatimque commerciorum usum in florentissimis <sup>b)</sup> antehac ad mare Balthicum sitis emporii sublatra videatur, cepisse se consilium per legationem hanc experiendi, an bellum hoc aequis conditionibus sopiri et regionibus istis pax restitui queat.

Amicissime aequa ac instanter a nobis contendens, ut negotium hoc, quantum possemus, promovere vellemus. Nos itaque cum intentionem hanc talem iudicaremus, ut eam in effectum deduci magnopere omnium vicinorum, imo totius Christiani orbis, interesset, et insuper ad eam promovendam a Principe, praeter arctissimum sanguinis Jus, singulari amicitia atque animorum coniunctione nobis devinctissimi, invitaremur, Serenitati ipsius in tam pio et laudabili proposito deesse nec voluimus nec potuimus. Amanter itaque a Serenitate Vestra petimus, ut praememorati Magnae Britanniae, Franciae et Hiberniae Regis studium reducendae pacis, cum quo et nostrum et procul dubio etiam aliorum vicinorum Principum et Rerum Publicarum desiderium et votum concurrit, plurimum apud se valere sinat, conditiones pacis aequas et honestas, alias enim neque ipsum legatum probaturum novimus, periculosi belli calamitatibus anteponat, in eoque et subditorum suorum quieti, commerciorum securitati et tot Principum ac Civitatum expectationi consulat et satisfaciat. Id, quod exacta Serenitatis Vestrae et tot annorum usu atque experientia comprobata prudentia firmiter sperare nos iubet. Cui firmae valetudinis usum et foelicissima quaeque enixe precamur. Dabantur.

*In dorso: Ad Regem Poloniae.*

Hafniae, 9 Augusti 1629.

a) in ms.: aliquod.

b) in ms.: florientissimis.

N. 93.

Varsaviae, 5 Decembris 1629.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
responsio de eadem re.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi  
Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

*Serenissime Princeps, Domine, Amice, Affinis et Vicine noster charissime.*

Cum Nos ipsi primum geramus ad publicam quietem atque tranquillitatem, salvo iure, dignitateque nostra regia, animum, non potuimus nisi amica atque propensa voluntate accipere studium id pacis revocandae, quod per Legatum suum nobis Serenissimus Magnae Britaniae Rex aperuit. Qua in re amica Serenitatis Vestrae per literas cohortatio plurimum apud nos valuit et ad sistendum sanguinem Christianum dudum propensis plus animi addidit. Quod Legato Serenissimi Magnae Britaniae Regis ita testati sumus, ut nostra ex parte nihil unquam ad restituendam tranquillitatem publicam desiderari possit. De cetero Serenitati Vestrae prosperram ac diuturnam valetudinem felicesque rerum successus ex animo precamur. Datum Varsaviae, die V mensis Decembris, anno Domini MDCXXIX, Regnum nostrorum Poloniae XXXXII, Sueciae XXXVII anno.

Sigismundus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Konig von Polen a).  
Praesentatae durch den Engell. Ambasadorn den Herrn Roe 24 Maii 1630.*

a) Polen *additum supra linea, Engellandt ex-punctum.*

N. 94.

Varsaviae, 13 Decembris 1629.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris ac doc. N. 65.*

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae petit immunitatem vectigalium in transvehendo vino.*

*Praesentatae Nycopingh, die 28 Novembris anno 1631.*

Varsaviae, 11 Aprilis 1631.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
postulat, ut navem suam «Phoenix» dictam, prope Falsterbo naufragium  
passam, servare sibi liceat.*

(Orig., sig. vest)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Sigismundus then Tridie medh Gudz nåde konung i Polen, storfurste till Littawen, Ryssen, Pryssen, Masawen, Samoiten, Wolinien och Lijffland hertzog, så och Sweriges, Göthes och Wendes affikonung, tilbiude then stormechtige, högborrne furste och herre, her Christian then Fierde, Danmarks etc. konung etc.

Högborrne furste, besynnerlige gode wän och naboe.

Oss är förekommitt, edt vårt schipp, Phenigs benembd, vara strandet på E.K:tz strömer och land Falsterboe. Så på thet att icke theröffuer mehre skade eller olycke hende må, ärē wij aff E.K:tz naboerligen wenligen begerendes, att förbe:e schipp, om thet ännu wore till att hielpa, och elliesth stycken med dess tilbehör och andre redskap, som kunne finnas vara til stede, må af thenne breffwijsere att wederkennas efterlatidt warda och deden till wäre hamner uthan förhindring och drögsmåhl bärth före, eller och, der så behöffdes, på een säker orth uthi E.K:tz kongerijke att nedstättie, att på förbe: schipp, stycken och annor redskap icke någen oräth eller arrest af hwem, ded helst kunde tilbiudes, tillatedt warder. Wij wele uthi lijke och all annor måtte bewijse E.K:tt all godh willie och wenschapp uthi hwad måtte, wij kunne.

Befalendes E.K:tt här med och altijd uthi Gudz then alzmechtiges milde skydd och bescherm till lijffs sundheet och lyckesam wälilage, naboerligen wenligen. Schriffuit i Warschau den 11.April 1631.

Sigismundus Rex

Hafniae, 22 Iunii 1631.

*Christianus IV rex Daniae  
ad Sigismundum III regem Poloniae;  
nuntiat ordinem se dedisse legato suo in Malmö, ut navis «Phoenix» nun-  
cupata, una cum sarcinis servatis, restituatur.*

(Exemplar) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Christianus Quartus.

Tilbiude den stormechtige, høybaerne furste oc herre, her Sigismundo den Tredie konning i Polen etc., saa och Swerigis etc.

Høybaerne furste, besynderlig gode wen oc naboe.

Wi forfare af Eders K<sup>tz</sup> senist skriffelse, datiret Warsau den 11.April sist forleden, huorledis for nogen tid siden skal were strandit it af Eders K<sup>tz</sup> skip, som kaldis Phenigs, her under wort land Falsterboe, huor udaf adskillige warer oc skibsredskab skal were reddet. Oc ere derfor wenlien oc naboligen af os begierendis, wi wille den andorning giøre, <sup>a)</sup> at

forskr. strandet godz motte denne E.K<sup>ttz</sup> tiener blifue følgactig. Da haffue wi E.K<sup>tt</sup> til synderlige willie b) naadigst befalet c) woris lenssmand d) 1) paa wort slott Malmøe forbete strandet skip, som kaldis Phenigs, med huis godz, som der af blef reddet, strax til E.K<sup>ttz</sup> tiener at lade følge. Giørendis ellers e) altid huis E.K<sup>ttz</sup> til all god willie oc welbehag kand were, oc befaile E.K<sup>tt</sup> her med udi Guds almegtigstis naadige beskyttelse.

Datum

*Alia manu: Haffniae 22 Junii 1631.*

- a) saa *expunct.* e) nu *expunct.*  
b) oc gefallen *expunct.* 1) scil. *Sivert Urne*  
c) befalet add. sup. lin., os elsch. Sigwert \* Relatum in D.K.U.A. Svenske Acta 1625-  
Urne *expunct.* 1636, fol. 324 r. (Pars Externa Cancellariae  
d) is lenss add. sup. lin., tiener och howitz- Danicae. Acta Suedica)  
mand *expunct.*

N. 97.

*Varsaviae, 20 Martii 1632.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro sarcinis restitutis, ex nave «Phoenix» servatis, gratias agit, quattuor  
sarcinarum aenearum, ex eadem navi servatarum, restitutionem exigit,  
quae illegitime Find Nielsen, civi Hafniensi, venditae erant.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

Wij Sigismundus mädh Gudz nåde Swärigis etc. konung etc., så och konung uti Pählen etc., tilbiude den stormächtige, högborne förste och herre, herr Christian den Fiärde, mädh Gudz nådhe Dannemarks etc. konungh etc.

Högbärne förste, besynnerlige gode wän och naboe.

Wij hafue af E.K:tt bref, datteratt i Köpenhagn den 22. Junij, förnummit, huru E.K:tt oss till synnerlig willia haffwe befahlett des lähnsman 1) på Malmöö slått, att vårt strandatt skepp Pfenix mädh dess tilbehör, huadh som är räddatt wordet, skulle lefveras vår tiänare, den wij på den tidi till E.K:tt affärdade. På huilken E.K:tt befalning sedan fyra stycken blefwe lefverade, huarföre wij oss emott E.K:tt nabowänliga betacke.

Och mäden wij nu ytterligere förfaritt, dätt fyra kåpperstycken, mädh all skipsens tillhörande redskap och materialen, skall vara soldh een Köpenhagns bårgare widh nampn Finne Nilson 2) (jämpste mädh sin interesserade skeppare), huilket otibörligitt kööp är skedd mädh een förlöpter capten, huilken war stadd på sin oräffärdige reesa och därfore icke någen crafft eller beständh hafua kan.

Äre fördenskuldh här mädh af E.K:tt nabowänliga begärandess, att samma otibörlige kööp må relaxeras och ogillett bliifwe, att dänne vår förcordnede capten, Fridrich Ludwikson, på wäre wägne alt förb:te godz och redskapp uthen någen onödig och widlöftig rättegång tilbörlig uti sin förwahring bekomma måge. Och på dätt samme godz uthen någons hinder eller förfang oss desto säkrere kunne tilfört blifffa, äre wij uti den gode naborlige försicht E.K:tt warder denne vår uttskickede capten

mädh dess frija pass beforderlig at wara, såsom wij oss härutinnan till E.K:tt fulkommeligen försee. Huaruti wij åther igen i lijke eller större fall E.K:tt till all naborlig willia, wänskapp och wälbehag wara kunne, därtill wele wij altidh finnes wällwillige och benägne.

Befallendes E.K:tt nu här mädh och altid uti Gudz alzmächtiges nådige beskärm till all långwarig lifs sundheet och wälmåge, andelig och timmelig wälfärdh, nabowänlien. Skriffwit på vårtt slått i Warschaw den 20. <sup>a)</sup> Martij 1632.

E.K:tt gode wen och nabor <sup>b)</sup>

Sigismundus Rex

*In dorso:* Den stormectige, högbärne förste och herre, herr Christian den Flärde, mädh Güdz nådhe Dannemarks, etc. konung etc.

*Alia manu:* Kongen aff Polen begerer, att 4 metallstycker samptt mere skibsredscha till hans strandet skib Phoenix hörende, som till Find Nielsen her i Kiøbenhaffn vaar solld, motte som itt utilbörligt kiøb blifue hans udskickede capitein følgachtig. Dat. 20.Martii 1632.

a) 20 add. posterius.

1) scil. Sivert Urne

b) E.K:tt gode wen och nabor *manu propria regis.*

2) scil. Find Nielsen Trellund

N. 98.

Grodnæ, 10 Decembris 1623.

Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola eiusdem tenoris ad doc. N. 65.*

N. 99.

Mericiae, 30 Ianuarii 1630.

Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de eadem re.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.2.

*Epistola identica ac praecedens.*

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu:* Princeps <sup>a)</sup> Poloniae duodecim plaustra vini Rhenani per portum Oresundensem absque onere vectigalium transvehere ut sibi licet, rogat.

Praesentatae Nycopingh, den 28<sup>de</sup> Novembrij anno 1631.

a) in ms.: Princep

Varsaviae, 15 Iulii 1630.

Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Eliam Arciszowski, regis Daniae capitaneum, iudiciis in Polonia detentum,  
excusat.

(*Orig., sig.*)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc.  
Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Cognate noster charissime.

Binas nobis Generosus et Nobilis Elias Arciszowski, Serenitatis Vestrae Capitaneus, nuper reddidit literas. Qui cum sit hic paulo diutius, quam sperabat, in iudiciis detentus, et hucusque (in causa sua, quam nos favore nostro quam potuimus maximo promovimus, lite pendente) servitiis, quibus Serenitati Vestrae est obstrictus, adesse summo cum dolore nequeat, nostram apud Serenitatem Vestram interponimus pro parte ipsius intercessionem, amice ab Eadem postulantes, ne hanc ipsius moram, quam, dum aderit, continuis obsequiis est compensaturus, vitio vertat, verum pro sua erga Nos propensa voluntate, clementia sua benigne foveat. Speramus ipsum brevi hinc causa finita discessurum, per quem uberiori Serenitati Vestrae respondebimus et id, quod a Nobis Serenitas Vestra exposcit, libentissime mittemus. Cui diuturnam valetudinem prosperrimosque rerum successus a Deo ex animo precamur. Datum Varsaviae, die XV mensis Julii, anno Domini MDCXXX.

Serenitatis Vestrae

bonus cognatus  
Vladislaus Sigismundus.

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.

*Alia manu:* Praesentatae Hafniae, 25 Julii 1630.

Okunitoviae, 5 Septembris 1630.

Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
sex equas Christiano dono mittit.

(*Orig., sig.*)  
T.K.U.A. Polen A.I.2.

Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc.  
Regi etc. Vladislaus Sigismundus etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Cognate noster charissime.

Jucundus sane is nobis accidit nuncius, cum Serenitas Vestra id a nobis postulet, ut equum cum equa Serenitati Vestrae his ex partibus

transmittamus. Libentissime huic Serenitatis Vestrae annuimus postulationi et praecipuas sex equas mittimus Serenitati Vestrae, amice rogantes, ut leve hoc a nobis munus grato accipiat animo, nosque sibi persuadeat esse amicissimos. De cetero longaevam et incolumem Serenitati Vestrae valetudinem, prosperrimosque rerum omnium successus ex animo precamur. Datum Okunioviae, die V mensis Septembris, anno Domini MDCXXX.

Serenitatis Vestrae

bonus amicus et cognatus  
Vladislaus Sigismundus

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu:* Princeps Poloniae mittit sex equos.

*Item alia manu:* Praesentatae Rendesb., 8 Novembris 1630.

N. 102.

*Knyszynii, 1 Decembris 1630.*

*Vladislaus Sigismundus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Eliam Arciszowski in Daniam proficiscentem iterum de mora excusat ac  
commendat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.2.*

Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc.  
Regi etc. Amico et Cognato nostro charissimo. Vladislaus Sigismundus etc.  
Serenissime Princeps, Domine, Amice et Cognate noster charissime.

Tardius, quam sperabat, ad servitiam Serenitatis Vestrae redit Generosus Elias Arciszowski, Serenitatis Vestrae Capitanus; quod ut non negligentiae, verum causae ipsius, quam et ob grassantem in his partibus non nullis in locis pestem, et ob certa iuridica impedimenta modo vix finire potuit, Serenitas Vestra imputet, et pari, ut antea, ipsum gratia sua complectatur, diligenter a Serenitate Vestra postulamus. Eadem Serenitatis Vestrae Capitaneo dedimus in commissis, ut nostro nomine Serenitati Vestrae nonnulla referat, cui ut fidem in omnibus adhibeat, amice rogamus, Nos vicissim semper paratissimos sibi persuadentes; cui diuturnam valetudinem prosperrimosque rerum omnium successus ex animo precamur. Datum Knyszynii, die 1<sup>a</sup> Decembris, anno MDCXXX<sup>0</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus amicus et cognatus  
Vladislaus Sigismundus.

*Hic explicit fasciculus documentorum Polonicorum, qui invenitur in Archivo Regni Daniae sub sigla T.K.U.A. Polen A.I.2. Incipit fasciculus eiusdem seriei A.I.3. a documento N. 103.*

Varsaviae, 16 Maii 1632.

*Vladislaus [Sigismundus] princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
mortem patris sui, Sigismundi III, nuntiat firmamque amicitiam expetit.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Den stormechtige, högborne förste och herre, her Christian then Fierde, mädh Gudz nåde Danmarks etc. konung etc., tilbiude wij Vladislaus, mädh samme Gudz nåde Sveriges, Göthes och Wendes arffkonung, så och printz i Polen och uthwald storfurste til Muschauen, vår naboerlige wenlige helssen, samt hwad mehre kärt och gått wij förmå medh Gudh alzmechtig tilförennde.

Högborne förste, besynnerlige gode wän och naboe.

E.K:tt kunne wij uth aff hiertans bedräffwelsse sorgeligen icke förholle den lägenheet med k.m:tt, vår elskelige käre her fader, stormechtige, högborne förste och herre, her Sigismundo, Sveriges, Göthes och Wendes konung, så och konung i Polen, storfurste till Littawen, förefallen och påkommidt ware, att h.k.m:tt den 30.dag nestförleden Aprilis monat christeligen och wäll frå denne wärld och jemmerdael skild och aff-somnedt är, huilken Gud alzmechtig förlhäne med alle christrogne sieler een frögdefull opståndelse på then ytterste dagen till thet ewige liffwet. Så efther wij inhet twifflie, E.K:tt warder med oss dragendes edt christeliggitt medhlijdende, derföre hafue wij E.K:tt naboerligen och wenligen icke kunnet oförmält lathe, efter som bland wänner och förwandter brukeligt är.

Dernest och efther E.K:tt med högbemelte vår salige och, högläfflig i åminnelsse, käre her fader altijd holled godh willie, wenskap och correspondens, så wele wij E.K:tt här medh för såden gode affection naboerligen och wenligen hafue betacket, såsom och naboerligen och wenligen begäre, att E.K:tt ähn yttermere här efther sin gode affection och wenskap till oss drage och bäre wille. Wij wele deremott hafue tilbutedt att bethe och bewijse E.K:tt ded samme igen uthi hwad måtte, wij kunne och förmå.

Och wele nu här medh och altijd E.K:tt uthi Gudz then alzmechtiges milde skydd och beschermt till lijffs sundheet och lyckesam wälmäge naboerligen wenligen hafue behalet. Schriffuit i Warschaw den 16.Maii åhr 1632.

Vladislaus Haer. Rex Sueciæ

*In dorso: Den stormechtige, högborne förste och herre, her Christian then Fierde, med Gudz nåde Danmarks etc. konung etc.*

*Alia manu:* Dat. 16.Maii 1632.

Printzens aff Polen skriffuse till h.m:tt huorudi hand sin s. herre faders affgang tillkiendegifuer, saa och begerer hans m:tt willde hereffter som tillforn <sup>a)</sup> hollde met hanem god wenskab och correspondentz.

a) met forbte hans herr expunct.

Varsaviae, 16 Iunii 1632.

*Vladislaus [Sigismundus] princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut sibi permisso renovetur arma ex nave «Phoenix», naufragium  
passa, recuperandi.  
(Orig., sig. vest)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Then stormechtige, högborne furste och herre, her Christian then Fierde, medh Gudz nåde Danmarks etc. konung etc., tilbiude wij Vladislaus, med samme Gudz nåde Sveriges, Göthes och Wendes arffkonung, så och prins i Polen, uthwald storfurste till Muschawen, wår naboerlige wenlige hesssen, samtt hwad mehre kärt och gått wij förmå med Gudh alzmechtig tilförende.

Högborne furste, besynnerlige gode wän och naboe.

Wij kunne icke underlathe E.K:tt här medh naboerligen wenligen tilkennegifue, att wij udaf E.K:tz wenlige skriffwelsse, dateret i Köping-hafn den 22.Julij förledne åhr, wår salige och högläfflig ihugkommelse käre her fader tilschriffruit, förnummit hafue, att E.K:tt högbemelte wår salige käre her fader till synnerlig willie och behag haffuer befalet sin lensman på Malmö slot att lathe hög:e wår salige her faders tienere fölge dhe stycken medh deres tilbehör och reedskap, som på edt hög: kün: m:ttz skip Pfenix, som på E.K:tz land strandet är, warit haffuer, för hwlken E.K:tz tilsäielssse wij E.K:t här med naboerligen och wenligen wele hafue betacket.

Såsom och här med naboerligen och wenligen begäre, att E.K:tt ännu samme god affection till oss bära wille och förordne lathe, att thenne wår tienere och factor, capti. Fredrich Ludwigson, som wij nu på nytt gifuit wår fulmacht och instruction till att affordre förbe:e godz, desligest och befalet ransake och förfare, huru lägenheterne kunne tilsigie om wår fäderlige arffgodz liggandes udi Norhalland och andre ährender, som oss kunne ahngå, inthet hinder eller förfång wederfares må. Wij göre altijd gerne igen, thet E.K:tt till godh willie och wälbehag ware kan.

Och befale E.K:tt här med och altijd uthi Gudz thens alzmechtiges nådige skydd och beskerm till lijffs sundhet och all lyckesam wälmåge. Schriffruit i Warschau den 16.Junii 1632.

Vladislaus Haer. Rex Sueciæ

*In dorso:* Den stormechtige högborne förste och herre, her Christian then Fierde med Gudz nåde Danmarks etc. konung etc.

*Alia manu:* Printzen aff Polen betacker for h.m<sup>u</sup> aff Danmarck haffuer den polniske fuldmegtige latett <sup>a)</sup> fölge dett strandet skibs Phœnixis godz och redskab, saa och att hans tienere cap. Frederich Ludwigsen maa ubehindrett söge <sup>b)</sup> forb<sup>te</sup> printzes arffuegodz i Nørhalland. Dat. Wars. 16.Junii 1632.

a) latett *add. sup. lin.*

b) dett *expunct.*

N. 105.

Varsaviae, 15 Septembris 1632.

*Vladislaus [Sigismundus] princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut ratione peristromatum et picturarum Antverpiae coëmptarum  
nullum teloneum exigatur.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae, Norvegiae, Gothorum Vandalorumque Regi, Duci Slesvigi, Holsatiae, Stormariae, Dithmarsiae, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, Domino, Cognato nostro charissimo, Vladislaus eadem gratia Suecorum, Gothorum, Vandalarumque haereditarius Rex, Princeps Poloniae, Magnus Dux Moscoviae electus, salutem et felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate noster charissime.

Ante aliquod tempus certum numerum aulaeorum seu peristromatum et picturarum Antverpiae in usum nostrum proprium fieri curavimus et cum opportunitate ad nos afferri iussimus. Nunc tandem, cum tam picturae quam aulaea allata ad nos sint, Serenitati Vestrae significandum contestandumque literis nostris duximus, illa omnia quattuor cistis inclusa, nostro iussu curata, aereque coëmpta atque usui apportata per naucleum Cornelium Claessen esse. Quare amice a Serenitate Vestra petimus, ut fidem ei rei adhibere et si qui se hoc nomine obligarunt, eos liberos facere velit, neque aliquid ratione praefatorum aulaeorum aut picturarum telonei aut vectigalis praetextu, exigi repetitive patiatur. Quod, ut pro more inter Christianos Principes recepto facturam ultro Serenitatem Vestram non dubitamus, ita nos paribus vicissim officiis eam rem erga Serenitatem Vestram omni cum occasione contestari parati sumus. Cui de caetero longam incolumitatem et prosperos rerum successus precamur. Datum Varsaviae, die XV mensis Septembris, anno Domini MDCXXXII.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus cognatus

Vladislaus Rex Suecorum.

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV Dei gratia Daniae etc.*

*Alia manu: Praesentatae Fridericsburgi die 12 Decembris anno 1632.*

N. 106.

Varsaviae, 14 Novembris 1632.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Gerardum Denhoff, quem de electione sua nuntiaturum mittit, commendat.*

(*Orig., vest. sig. \*)*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia electus Poloniae Rex, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque noc non

Suecorum, Gotthorum Vandalorumque haereditarius Rex, electus Magnus Dux Moschoviae, Severiae, Czernihoviae, Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto Dei gratia Daniae etc. Regi etc. Amico et Vicino nostro charissimo, salutem et omnem felicitatem.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Postulabant a nobis bonaе vicinitatis atque amicitiae iura, inter Divos Maiores utrinque nostros constanter culta, ut tam de electione ac futura inauguratione nostra in Regnum Poloniae, quam aliis de rebus, ad mutuam amicitiam, dignitatem securitatemque pertinentibus, cum Serenitate Vestra communicaremus, et eo nomine Legatum nostrum ad ipsam expediremus. Prout mittimus Magnificum Gerardum Denhoff, Gubernatorem Koscierezynensem, Colonellum et intimum Camerarium nostrum. Cui ut fidem habeat Serenitas Vestra in iis, quae nostro nomine exponet agetque et studium suum testetur, benevole postulamus, eidemque omnia fausta et prospera a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XIV mensis Novembris, anno Domini MDCXXXII<sup>0</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

benevolus cognatus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae. Praesentatae in offentlicher Audientz 7 Ianuarii 1633.*

<sup>a)</sup> *cfr. A.P.M. VII, I, 2*

*N. 107.*

*Varsaviae, 25 Novembris 1632.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut ratione picturarum et aulaeorum, Antverpiae coëmptorum, nulla  
vectigalia exigantur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Epistulam eiusdem tenoris cfr. N. 105 cum sequentibus variantibus:*

*N. 105.*

*N. 107.*

peristromatum  
cum opportunitate

tapetum  
pro commoditate

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae pro integritate aulaeorum et picturarum per  
fretum Oresundanum perducendarum <sup>a)</sup>. Praesentatae Hafniae 21 Januarii  
1633.*

*a) lectio incerta.*

N. 108.

Varsaviae, 7 Ianuarii 1633.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac N. 11. cum his prae-  
cipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

fidei et industriae Famati Her-  
manni Ubbing, civi Gedanensi, et  
iam eo defuncto haeredibus eius  
viginti quatuor plaustra maiora,  
vulgo Zolfudder dicta

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Fridericsburgh die 27 Martii anno 1633.*

N. 109.

Cracoviae, 17 Martii 1633.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Eliam Arciszowski, pannos comparaturum, commendat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc. Amico et Vi-  
cino nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Insigne propensae in nos voluntatis Serenitatis Vestrae literae, ad  
nos per Generosum Eliam Arciszewski datae, praferunt argumentum, qui-  
bus nobis delatum Poloniae Regnum felix ac diuturnum a Deo precatur,  
simulque propensionem suam constansque studium in colendis nobiscum  
amicitiae iuribus pollicetur. Quam Serenitatis Vestrae declarationem dum  
gratissimo animo accepimus, illud quoque vicissim in nos recipimus, da-  
turos nos operam, ut et pristinis Serenissimorum Praedecessorum nostro-  
rum Poloniae Regum vestigiis in retinenda cum Serenitate Vestra Regno-  
que ipsius amicitia insistamus, et pariter de felicibus Serenitatis Vestrae  
successibus laetemur. Porro quantum Serenitatis Vestrae commendationi  
pro memorato Generoso Elia Arciszewski factae tribuamus, re ipsa in  
praesentia testari voluimus; eum enim ad nos venientem et benigne acce-

pimus, et munus Colonelli pro expeditione bellica contra Moschos eidem detulimus. Is vero, cum opus habeat sclopetis et pannis pro suis peditibus, easque necessitates in transmarinis regionibus comparaturus sit, recommendamus eum Serenitati Vestrae, amanter postulantes, ut ipsi praedictos pannos cum sclopetis libere per ditiones suas absque thelonie solutione, dum mari devehentur, dimitti iubeat. Luculentum ea in parte singularis erga nos studii Serenitas Vestrae praebebit argumentum, cum nostrae recommendationis pariter ac nos Serenitatis Vestrae locum dederit, favoremque suum eidem Colonello nostro ea in parte exhibuerit. Caeterum Serenitati Vestrae omnem prosperitatem ac diuturnam valetudinem a Deo precamur. Datum Cracoviae, die XVII mensis Martii, anno Domini MDCXXXIII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae anno primo.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus amicus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Gluckstadt die 6 Maii 1633.*

N. 110.

*Cracoviae, 22 Martii 1633.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
libertates pro mercatoribus Gedanensibus in Dania expostulat.*

*(Orig., sig.) \*)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Accepimus inter alia ex relatione Legati nostri a Serenitate Vestra super reversi, quod exactionem duplicati thelonie in Regno Daniae adversus mercatores civitatis nostrae Gedanensis ob illatas quasi iniurias Serenitatis Vestrae subditis constitutam, usque ad diem primam mensis Maii proxime instantis suspendi quidem, nec dum tamen omnino aboleri, vel caetera etiam gravamina, civibus Gedanensibus pari ratione imposita, tolli mandaverit. Cum autem nihil tam impense cupiamus, quam fidelibus subditis nostris, quos nullius culpae reos esse novimus, mutua amicitiae pristinae et commerciorum iura salva ac integra conservari, nec facti alieni odiis eos aggravari damnisque immeritis affici aequum existimemus: proinde iterum a Serenitate Vestra diligenter postulamus, ne occasione administrationis classicae a Serenissimo olim Rege defuncto, Domino Parente nostro desideratissimo, certis quibusdam Commissariis demandatae, neque ex consilio aut voluntate, vel ullo cum adminiculo civitatis Gedanensis susceptae, eandem amplius in libertate commerciorum turbari, vel molestiis ulterioribus implicari patiatur, multo minus aresta, repressalias, confiscationes, invisa amicis Regibus nomina, contra cives et incolas Gedanenses admittere, sed potius omnes, quae hactenus ob praetensas quasdam iniurias atque offendentes intercesserunt difficultates, ad contestan-

dam syncerae benevolentiae promptitudinem, sub ipsis felicis regiminis nostri auspiciis tollere velit; et si quae adhuc de nostratis conquerendi causa superesse videbitur, omissis violentiis quibuscumque, modum pactis mutuis convenientem, sine praetudicio innoxiae civitatis aut impedimento consuetae negotiationis, a subditis suis observari iubeat. Quia in re uti desiderio nostro aequissimo sine longiori mora satisfactum iri minime ambigimus, ita reciprocis amicitiae studiis, parem animi nostri propensionem et gratificantem voluntatem omni occasione Serenitati Vestrae declarabimus. Cui de caetero prosperam valetudinem et auspicios rerum successus ex animo comprecamur. Datum Cracoviae, die XXII mensis Martii, anno Domini MDCXXXIII, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae primo.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus amicus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Intimaret den 25 Aprilis anno 1633.*

\*) cfr. A.P.M. VII, I, 7.

N. 111.

Varsaviae, 7 Maii 1633.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut Ianussio Wiśniowiecki, arma in Hollandia coempturo, liber per  
Daniam transitus concedatur.  
(Orig., sig. Sequitur documentum identicum, item a rege subscriptum).  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Mandaverat Illustris Ianussius Dux Wisniowecensis, Kremenevensis Praefectus, ut sibi in Hollandia nomine nostro mille ferrei thoraces et bis mille sclopatorum breviorum, vulgo pistoleti dictorum, pro usu militari providerentur. Quocirca benigne a Serenitate Vestra postulamus, ut dum per fretum Danicum praedicta armatura vehetur, ipsi securum et liberum transitum ibidem praestari iubeat, neque a Praefectis theloneorum vel aliis officialibus eandem impedire aut detineri quovis modo aut praetextu sinat. Rem nobis gratam, mutuisque pactorum iuribus accommodatam factura Serenitas Vestra. Cui de caetero omnem prosperitatem, felicesque rerum successus a Deo precamur. Datum Varsaviae, die VII mensis Maii, anno Domini MDCXXXIII<sup>0</sup>, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae anno primo.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus amicus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Hafniae, 3 Junii 1633.*

N. 112.

Varsaviae, 7 Maii 1633.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut Thome Zamoyski idem concedatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Textus identicus ac praecedens salvis sequentibus variationibus:

N. 111.

Ianussius Dux Wisniowecensis,  
Kremencensis Praefectus

mille ferrei thoraces et bis mille  
sclopetorum breviorum, vulgo  
pistoleti dictorum

N. 112.

Thomas Zamoisky, Comes a Tar-  
now, Vicecancellarius Regni, Cra-  
coviensis Praefectus Generalis

mille ferrei thoraces

N. 113.

Varsaviae, 7 Maii 1633.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut Stanislao Lubomirski idem concedatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Epistolam eiusdem tenoris cfr. N. 111. cum sequentibus variantibus:

N. 111.

Ianussius Dux Wisniowecensis  
Kremencensis Praefectus

N. 113.

Stanislaus Lubomierski, comes  
in Wisnicz, Terrarum Russiae  
Palatinus, Sandomiriensis, Sce-  
pusiensis, Bialocerscensis, Zato-  
riensis Praefectus

N. 114.

Varsaviae, 7 Maii 1633.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut Georgio Ossoliński idem concedatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Epistolam eiusdem tenoris cfr. N. 111 cum sequentibus variationibus:

N. 111.

Ianussius Dux Wisniowecensis  
Kremencensis Praefectus

et bis mille sclopetorum brevio-  
rum, vulgo pistoleti dictorum

N. 114.

Georgius Ossoliński, comes in  
Tenczyn, Thesaurarius Curiae  
Regni, Bydgosiensis Praefectus

haec verba omissa sunt

Grodnae, 26 Septembris 1633.

Vladislaus IV rex Poloniae  
[ad Christianum IV regem Daniae]  
litterae commendaticiae pro legato regio Henrico a Denhoff ad quoddam  
negotium secretum obeundum misso.  
(Orig., autogr., sine sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime Princeps, Cognate et Amice noster charissime.

Ea quae secretius cum Serenitate Vestra conferri instituimus, eidem  
nostro Legato Generoso Henrico a Dinhoff <sup>a)</sup>, familiari nostri cubiculi  
deferenda commisimus, ut praemissis primis credentialibus explicata  
iniunctorum sibi serie ad haec descendat, quae hisce nostris Serenitati  
Vestrae commendamus. Non dubitamus igitur Serenitatem Vestram et  
latori praesentium prona aures daturam et, quod nostra solicitude ex-  
poscit, solita regali prudentia et benevolentia promoturam. Felicissi-  
mum <sup>b)</sup> interim diuturni <sup>b)</sup> valetudinis et perennium votorum progressus  
Serenitati Vestrae divinitus <sup>c)</sup> appreciamur uti.

Serenitatis Vestrae

bonus frater et vicinus  
Vladislaus Rex.

Grodni 26 Septembris  
1633

In dorso: Credentiales auf Dönhoff.

a) *cfr. in dorso.*

c) *in ms. avinitus.*

b) *sic in ms.*

\*) *cfr. A.P.M. VII, I, 8.*

In castris ultra Smolenscum, 9 Novembris 1633.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro libero transitu armis per fretum Oresundicum transvehendis concessio  
gratias agit.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Affinis et Vicine noster charissime.

Redditae sunt nobis litterae Serenitatis Vestrae, ex quibus intellexi-  
mus arma haec, quae per fretum Orisuntanum a Serenitate Vestra libere  
transvehi amice postulaveramus, absque ulla theloniorum exactione Sere-  
nitatem Vestram transmitti mandasse. Quod equidem grato animo acce-  
pimus, fuitque id singulare Serenitatis Vestrae benevolentiae erga nos  
argumentum. Neque existimamus vigore pactorum aut iurium aliquorum

id a Serenitate Vestra factum, sed his stetisse pactis et iuribus Serenitatem Vestram arbitramur, quae inter vicinos Principes bona amicitia sanctire et stabilire consuevit. Amicitiae igitur et bona vicinitatis iuribus, tum et optimo Serenitatis Vestrae in nos animo, libenter id adscribimus. Ceterum cum milite externo pro praesenti contra Moschos expeditione opus habeamus, amice postulamus a Serenitate Vestra, ut iis, quibus colligendi dedimus facultatem, favorem suum exhibeat, eosque libere cum collecto milite per idem fretum transire sinat. Testabitur eo ipso Serenitas Vestra, quantum nostra causa cupiat, cui, si qua in re vicissim gratificari poterimus, parem mutui affectus testificationem impendemus libenter. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae felices successus ac prosperam valetudinem a Deo precamur. Datum in Castris ultra Smolenscum ad Boristenem, die IX mensis Novembris, Anno Domini MDCXXXIII, Regnum nostrorum Poloniae primo, Sueciae secundo anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus affinis  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae dancket vor die Durchstatung der Waffen durch den Sundh. Praesentatae Schanderburg 8 Januarii 1634.*

*N. 117.*

*In castris ultra Smolenscum, 7 Februarii 1634.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Textus quasi identicus ac N. 108.*

*In dorso: Vladislaus Rex Poloniae petit, ut 24 plausta majora vini Rhenani absque vectigalis exactione per fretum Oresundanum mandatario suo transvehere permittatur.*

*Praesentatae 10 Maii 1634.*

*N. 118.*

*Vilnae, 28 Iunii 1634.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
successum suorum in bello Moscovitico Christianum participem facit.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Bellum, quod nobis Moschus ante biennium non expectato induciarum exitu intulerat, qua foelicitate et celeritate propulsaverimus, ab ipsa fama Serenitas Vestra intellexit. Id iam plene his diebus, pace aeviterna, glorijs nobis ac Regno conditionibus firmata, confectum esse, Serenitatem Vestram peculiaribus literis nostris voluimus facere certiorem. Quam foelicitate ac successibus nostris plurimum affici, certo nobis persuademus. Ius porro nostrum annis superioribus acquisitum solo tranquillitatis Christianae studio genti illi supplici consignavimus, ut eo firmius, pacatis a Septentrione rebus, adversus orientalem potentiam vires aciesque nostras expedire possemus; receptis nihilominus in ius dominiumque nostrum perpetuum arcibus et provinciis, qua latitudine, qua soli ubertate praestantibus, aliisque conditionibus, nobis ac Regno nostro per honestis, extortis. Id Serenitati Vestrae ideo significandum putavimus, ut cognosceret, quam sincero affectu eam prosequamur, qui successum ac foelicitatis nostrae voluerimus eandem facere participem: ac ut quoque Serenitas Vestra secundissimo rerum suarum cursu utatur, optamus; maxime vero cuperemus, ut communibus armis Ottomanicus fastus, qui maxime Christianorum dissidiis dilatatur, deprimeretur. Sed id Divinae videtur committendum voluntati, quae pro arbitrio Regum, animos et Regna dirigit et gubernat. Quae, ut Serenitatem Vestram in continua foelicitate ac diuturna valetudine conservet, precamur. Datum Vilnae, die XXVIII Iunii, anno Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae secundo, Sueciae tertio anno.

a) bonus affinis  
Vladislaus Rex b)

a)-b) *manu propria*

N. 119.

Varsaviae, .... Augusti 1634.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de nave quadam Gedanensi ab officialibus Danicis detenta conqueritur.  
(Orig., sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Etsi non dubitavimus Serenitatem Vestram pro eo, quo utrique Regno intercedit pactorum jure et amicæ vicinitatis studio, iteratis requisitionibus nostris, tam per Legatum nostrum, quam per peculiares literas antea expositis, locum daturam et ab arrestis, repressaliis atque confiscationibus navium merciumque, tum etiam duplicati thelonei gravaminibus civitatis nostræ Gedanensis mercatoribus non ita pridem illatis merito cassatu-

ram. Attamen praeter spem intelleximus denuo navem quandam ab albo Cane denominatam, per officiales Serenitatis Vestrae per aliquod tempus detentam, ac non nisi repressaliarum rigore detractis mercibus ultra valorem quater mille florenorum nuper dimissam; eoque modo fideles subditos nostros maximis damnis et injuriis affectos. Quod sane eo gravius ferimus, quo magis praedictam civitatem nostram ab omni culpa vacuam et ab administratione classica praeterito belli tempore exercitu alienam, neque nos unquam eius rei causa ab iis, qui se occasione istius classis regiae laesos praetendunt, interpellatos meminimus. Quare hisce a Serenitate Vestra diligenter contendimus, ne posthac amplius sub tali praetextu immeritam civibus Gedanensibus jacturam rerum suarum inferri, nec insolitis exactionibus eos pergravari patiatur, quin potius citra violentiae cuiuscunque aut hostilitatis speciem pristinum commerciorum usum et sine ullo detentionis metu liberam negotiandi facultatem ipsis relinquere, imprimis vero repressaliis quibuscunque cassatis et annihilatis, ablatorum restitutionem severe demandare, et convenientem justiciae requisitionem subditis suis injungere velit. Hoc ipso uti Serenitas Vestra suam <sup>a)</sup> erga nos Regnumque nostrum voluntatem contestabitur, ita nos vicissim de justo intercessionis nostrae effectu certiores facti, nec justiciam Serenitatis Vestrae subditis legitime conquerentibus denegare, nec in conservandae mutuae amicitiae studiis propensionem nostram desiderari permittemus, sed ut ex praescripto pactorum et antiqui foederis jure cuncta gerantur, operam dabimus. Quod superest, Serenitati Vestrae diuturnam incolumitatem et felices rerum successus ex animo precamur. Datum Varsoviae, die ... <sup>b)</sup> mensis Augusti, anno Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae II, Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater  
Vladislaus Rex.

*In dorso:* Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.

*Alia manu:* Augustus 1634 wegen Dantzig.

a) in ms.: suum.

\* ) cfr. A.P.M. VII, I, 18.

b) hic spatium album.

N. 120.

Varsaviae, 2 Augusti 1634.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut navis Hafniae detenta, cum omnibus mercibus quam primum  
restituatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, Smolensiae, Severiae, Czernihoviae, necnon Suecorum, Gottorum, Vandorumque haereditarius Rex <sup>1)</sup> Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto Daniae etc. Regi etc. Amico et Vicino nostro charissimo, salutem et omnem foelicitatem.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster charissime.

Conquestum nobis est nomine Honestarum Ioannis Thorunensis nostri et Caspari Hamburgensis, civium Theutonicorum, reliatarum viduarum, tum et famati Christiani Kalsoen, Proconsulis oppidi Colbergensis, navem Ioachimi Blancken Lubecam cum non modica lanae Posnaniensis quantitate et lastis aliquot siliginis, aliisque mercibus euntem, ab Admirario Serenitatis Vestrae in itinere interceptam, Hafniamque inductam, etiamnum detineri. Dabit id Serenitas Vestra tum causae aequitati, tum supplicantium favori, huicque interventioni pro ipsis nostrae, ut mandatario ipsorum iustitiam competentem de detentoribus administrari, navemque et merces, vel distractarum precium, restituat faciat. Factura Serenitas Vestra rem aequitati consonam, nobisque gratam. Cui de reliquo bonam valetudinem prosperosque a Deo successus precamur. Datum Varsaviae, die II mensis Augusti, anno Domini MDCXXXIV<sup>0</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae II<sup>0</sup>, Sueciae III<sup>0</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae 22 Octobris 1634.*

1) *Abhinc in titulo regis non apparet «Dux  
Moscoviae».*

N. 121.

Varsaviae, 20 Augusti 1634.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Ioannem Low, in Daniam ad tormenta bellica recuperanda se conferentem,  
commendat.*

(*Orig. sig.*) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc. Fratri nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Frater noster charissime.

Recenti rerum mutatione et naturali obligatione impulsus e Suecia ad nos se transtulit Nobilis Ioannes Low, Regii olim in Suecia Fisci Procurator; quem nos hisce aliisque de causis in numerum servitorum nostrorum, simulque in patrocinium ac tutelam nostram ultro recepimus, ac in posterum, uti fidelitatis obligatione et iuramento nobis obstrictum, clementissime tuendum suscepimus. Eundem nunc ad ditiones Serenitatis Vestrae in negotiis nostris mittimus, amanter a Serenitate Vestra petentes, ut illum in fidem et clientelam nostram acceptum, in Regno suo, non solum libere degere, et res nostras suasque agere permittat, sed etiam contra impetum et iniuriam omnem benigne defendere velit et a suis defendi iubeat, datis eidem etiam ad hoc, ubi opus fuerit, regiae defensionis et securitatis literis. Et quoniam tormenta aliquot bellica et anchora, atque aliud instrumentum nauticum ad naves olim Serenissimi Regis

et Parentis nostri Divae memoriae et Regni huius nostri spectans, in certis locis Serenitatis Vestrae depositum est, aut a privatis quibusdam detinetur, pro iure gentium et mutuae amicitiae necessitudine faciet Serenitas Vestra, si ad illa nostro nomine plene recuperanda, vindicandaque, ac de ipsis secundum mandata et commissionem nostram et ex rerum opportunitate agendum, Serenitas Vestra auctoritatem suam praedicto Iohanni Low fide nobis debita praestiterit: et si qui alii priora, aut vetustiora mandata vel Commissions praetendant, ut ii ad rationes reddendas et praesenti mandatario nostro consignandas, aliaque, quae de iure et e re nostra fuerint praestanda, sine dilatione et effugio omni compellantur. Prosperam de caetero valetudinem et felices rerum successus Serenitati Vestrae precamur. Datum Varsaviae, die XX Augusti, anno Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae II, Sueciae vero III.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater  
Vladislaus Rex.

*In dorso:* Serenissimo Principi Christiano IV etc.

*Alia manu:* Praesentatae Haffniae die 27 Septembris anno 1634. Rex Poloniae recommendat Johannem Lowem ejusque expeditionem.

\*) *cfr. A.P.M. VII, I, 17.*

N. 122.

*Varsaviae, 10 Septembris 1634.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac N. 11 cum his prae-  
cipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

N. 122.

fidei et industriae Famati Got-  
tardi, factori nostro <sup>a)</sup> Coloniae

viginti quattuor plausta mai-  
ra, vulgo Zollfudder dicta

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu:* Praesentatae Gluckstatt in Julio 1635.

*Item alia manu:* ... soll unss pillich nicht schreiten <sup>b)</sup> et wass ...  
mensch ... wan .... ich ab ...

a) *sic in ms.*

b) *lectio incerta.*

N. 123.

Varsaviae, 13 Septembris 1634.

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

*(Orig., sig. Hoc documentum nunc translatum est post documentum,  
quod hic numero 189 signatur.)*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac N. 11, cum his prae-  
cipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

N. 123.

Spectabilibus Ioanni Klekner et  
Ioanni Linderhausen, negotiatori-  
bus nostris, civibus Gedanensi-  
bus  
duodecim plausta maiora, vulgo  
Zolffutter dicta

N. 124.

Lublini, 4 Novembris 1634.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut negotiatori suo arma in Hollandia comparanti, in Dania detento,  
liber transitus concedatur.*

*(Orig., sig.)*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Do-  
mino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Commisimus curae et industriae Wilhelmi Wolffertson, negotiatoris  
et factoris nostri, ut varii generis arma pro usu nostro in Hollandia coë-  
meret et ad nos adduceret, cui etiam securitatis et liberi transitus litteras  
nostras dedimus. Revertenti nihilominus a vectigalium praefectis liber  
transitus est denegatus. Amanter idcirco a Serenitate Vestra postulamus,  
ut vectigalium thelonorumque administratoribus demandare velit, qua-  
tenus pro iure vicinitatis, moreque inter Christianos Principes recepto,  
memoratum factorem nostrum una cum certo armorum numero, qui in  
adiuncta scheda exprimitur, dimittant, et absque ulla difficultate et exac-  
tione pecuniaria transire sinant. Quod Serenitatem Vestram cum mutuae  
necessitudinis et vicinitatis, tum huius postulationis nostrae causa factu-  
ram minime dubitamus. Cui de caetero diuturnam incolumitatem, prospe-  
rosque rerum successus, a Deo ex animo precamur. Datum Lublini, die  
IV mensis Novembris, anno Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum  
Poloniae II, Sueciae vero III anno.

<sup>a)</sup> bonus cognatus  
Vladislaus Rex <sup>b).</sup>

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Konig aus Polen umb zollfreie Durchstatung etliches gewehres durch den Oresundt.*

*Praesentatae Koldingen 23 Decembris 1634.*

*Bewillget undt ausgefertiget aus der dan. Canzelei.*

a)-b) *manu propria.*

*N. 125.*

*Varsaviae, 24 Novembris 1634.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de morte fratris sui Alexandri nuntiat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Amice noster charissime. Irrupit proxime in domum nostram regiam insperata illa et inclemens vitae humanae expugnatrix mors, et Serenissimum Principem Alexandrum, fratrem nostrum charissimum, orbis, Martis et militiae delicias, quem natura et indoles ad omnes gloriosas actiones et occupationes efformaverat, succisa florida illius aetate, diuturniore vitae usura privavit; plane eodem tempore, quo mundo velut pulchrum aliquod sydus exoriri praeclaris animi et corporis dotibus coepit, extinctus; tantum autem abest, ut ex illius occasu dolori temperemus, quin eum ad plures transmittere et omnium lachrimis, in primis vero amicorum et cognatorum principum, augere velimus. Quapropter acerbitatis huius nuncium ad Serenitatem quoque Vestram, quam domus regia ob consanguinitatis et amicitiae ius praecipue semper observavit et dilexit, deferimus, eandemque communis nostri luctus facimus participem. Qui vero supersunt in regia nostra domo fratres, ii sese Serenitatis Vestrae amori commandant, et nos una cum illis omnis prosperitatis incrementum, valetudinisque diuturnitatem Serenitati Vestrae precamur. Datum Varsaviae, die XXIV mensis Novembris, anno Domini M<sup>0</sup>DC<sup>0</sup>XXXIV<sup>0</sup>, Regnum nostrorum Poloniae II<sup>0</sup>, Sueciae vero III anno.

<sup>a)</sup> bonus affinis  
*Vladislaus Rex* <sup>b)</sup>

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae notificirt seines Brudern Todt. Praesentatae 30 December 1634.*

a)-b) *manu propria.*

Gambini (?), 9 Decembris 1634.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
filium Nicolai Korffii commendat.

(*Orig., sig.; litterae semidestructae*).

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi, etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Placuerat Serenitati Vestrae filium Magnifici Nicolai Korffii Castellani Vendensis, capitanei Zygwultensis nuper nostri ad Serenitatem Vestram Legati, iuvenem praestantissimae indolis inter cubiculi sui familiares adsciscere, quem <sup>a)</sup> nos quoque ob generosos ac egregios ad ardua quaevis et excelsa impetus singulari favore prosequimur laetamurque eam illi obtigisse felicitatem, quod apud Serenitatem Vestram bellicosissimum regem, ubi gloria militaris et virtus vigeat et ministerium nactus sit. Habet illuc egregium et amplissimum exercenda virtutis suae et comparanda bellicae gloriae et prudentiae campum, magnoque cum Serenitati Vestrae Domuique illius Serenissimae aliquando usui, tum patriae suae ornamento [fore eum speramus] <sup>a)</sup>. Postremo ut eum Serenitas Vestra [patrocinio et] benevolentia prosequatur et frequentius obsequiis suis adhibeat, diligenter eum Serenitati Vestrae commendamus petimusque ut rationem benignam et specialem nostrae commendationis et virtutis illius propriam ergo habeat: ea vero familia et maioribus ortus est, qui et laude militari et fide, meritisque eximiis erga Reges suos et Rempublicam constanter floruerunt. Caeterum Serenitati Vestrae omnium rerum felicissimos successus et diuturnam regnandi felicitatem sincere precamur. Datum Gam[bini] <sup>a)</sup> die IX mensis Decembris anno Domini 1634, R[egnum] nostrorum Poloniae II<sup>o</sup> Sueciae vero III anno.

b) bonus cognatus  
Vladislaus Rex c)

a) *lectio incerta*.

b)-c) *manu propria*.

Gedani, 20 Decembris 1634.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de studio suo pacis restaurandae.

(*Orig., sig. cum exemplaribus duarum epistolarum imperatoris, datarum 9 et 11 Aprilis 1633.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.  
Cum ad nos Magnificus Nicolaus Korffius, Castellanus Vendensis,  
noster ad Serenitatem Vestram Legatus, rediisset, non potuit satis huma-  
nitatem et propensissimum Serenitatis Vestrae erga nos affectum verbis  
praedicare, planeque ne unquam de syncera voluntate Serenitatis Vestrae  
addubitaremus, confirmavit; quod quam nobis fuit gratissimum, tam vi-  
cissim nullo non officio studioque nostro Serenitatis Vestrae amori  
responsuri sumus. Fuit autem nobis cumpromis gratum intelligere in ne-  
gotio Suetico per eandem explicatas rationes, quas nos lubenter accepta-  
mus, et consilium, quod nobis Serenitas Vestra insinuare voluit, gratis-  
simmo animo amplectimur. Porro quod attinet pacis in Imperio procuran-  
dae munus, illud non gravatim suasu Serenitatis Vestrae, coniuncta praes-  
sertim cum Serenitate Vestra opera, aggrediemur. Non potest vero Serenitati  
Vestrae esse ignotum, id nos statis a suscepto Regno prima quo-  
dammodo cura et cogitatione fuisse candide complexos, et explorandae  
tam Sacrae Caesareae Maiestatis, quam Illustrissimi Duci Saxoniae, alio-  
rumque Principum de revocanda pace sententiae causa legatos ablegasse;  
quid ab iis responsi retulerimus, ex literarum exemplis, quae Serenitati  
Vestrae mittimus, cognoscet. Sane Sacra Caesarea Maiestas sese nobis  
non alienam ostenderat, et nisi ab altera parte tergiversatum et protela-  
tum fuisse, pax toties tentata componi nostro interventu potuisset. Quod  
tamen tum non successit, id potest ad praesens, ambabus partibus fati-  
gatis, componi. Itaque missuri sumus iterato ad Sacram Caesaream Maies-  
tam et Illustrissimum Saxoniae Ducem, ut ex iis sensum et propensi-  
onem, ad rem Imperio et Orbi Christiano salutarem, expiscemur; quod  
nobis ii significaverint, non omittemus quamprimum Serenitatem Vestram  
facere certiorem. Interim operae pretium foret nos scire, quo loco et  
tempore instituendum conventum Serenitas Vestra existimaret. Qui vero  
inter nos et Regnum Sueciae futuri sunt tractatus, ut felicem sortiantur  
effectum, optamus; idcirco iam pridem et Commissarios nostros in  
promptu esse iussimus, ipsique maturandae rei causa, Gedanum nos con-  
tulimus, ut e propinquo responsa a nobis peti possint. Non potest tamen  
nobis non iniicere suspicionem, studiosa adversae partis, quam aperte  
nectit, mora, videturque prorsus a pacificatione abhorrende, cum et integro  
sexennio alto laborarit silentio, et demum induciis labentibus in arctum  
rem arduam coniiciat tempus; cum tamen et Serenissimus Divae memo-  
riae Parens noster, Arbitros Reges et nos ipsi eo nomine per Legatos  
nostros compellaverimus, ne quid a nobis desideraretur, quicquid sit, nos  
omnia priusquam armis experiemur; et licet futuri tractatus per spretas  
ab hoste conditiones abrumpendi forent, nihilominus eas per Serenitatem  
Vestram iterato parti insinuandas mittemus, totumque hoc negocium, tan-  
quam amicissimo Regi, aetate ante alios eminentiori, et cuius candidum  
erga nos affectum optime habeamus perspectum, consignabimus, nihilque  
ambigimus, quod illud pro authoritate sua iurisque nostri et rei aequitate,  
tot spatiis annorum per varios Principes agitatum, feliciter tandem sit  
confectura. Caeterum nos Serenitas Vestra, quis fuerit in utroque negotio,  
quod maturato opus habet, illius sensus ac voluntas, faciet quanto citius  
certiores. Quam diutissime valere et felicissime regnare Orbis Christiani  
bono ex animo cupimus. Datum Gedani, die XX mensis Decembris, anno  
Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae II, Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

benevolus consanguineus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae de tractatione pacis tam in Germania quam cum Suecicis. Praesentatae Coldingae 30 Decembris 1634.*

Copia responsi a Sacra Caesarea Maiestate  
Legato Serenissimi Regis Poloniae dati.

Sacra Caesarea Maiestas Dominus Noster clementissimus benigne intellectus, quid eidem ex parte Serenissimi Poloniae ac Sveciae Regis per Secretarium Serenitatis Suae rationes pacis in ditionibus Sacri Romani Imperii restaurandae, quique externorum Principum hac pace comprehendendi sint, proposita ac petita fuerunt <sup>a)</sup>. Et quantum quidem ad negotium pacis in dicto Sacro Romano Imperio restaurandae attinet, quodque dicta Sua Serenitas huc officia interpositionis suae tam amice offert, ex eo dicta Sacra Caesarea Maiestas non modo zelum in Sua Serenitate, Christiano Principe dignum, sed affectum quoque Nepotis amantissimi agnoscit, neque celatam vult dictam Suam Serenitatem totum hoc negotium etiamnum in eo statu versari, quem Sua Serenitas ex literis, cum propriis Sacrae Caesareae Maiestatis decima tertia Februarii proximi praeteriti ad ipsam datis, tum ex iis, quas modo dicta Sacra Caesarea Maiestas ac Serenissimus Rex Daniae in eodem hoc pacis negocio eatenus inter sece commutarant, cognoscere potuerit; ac tametsi quidem nullae hactenus conditions Eidem ab adversa parte propositae fuerint, expectare tamen, dum id propediem fiat, neque diffidere fore, ut status illi Imperii segregati ita sece eandem declarant, unde sine longioribus ambigibus optata pax tandem posset consequi <sup>b)</sup>; de quo prout quodque actum agendumve fuerit, saepedicta Sacra Caesarea Maiestas Serenitatem Suam libenter certiorem faciet, non omissura etiam suo tempore, si, quod absit, res ex hac spe minus succederet, Eidem declarare sibi oblationis hoc officium Serenitatis Suae quam gratissimum fuisse. Quae omnia saepememorata Sacra Caesarea Maiestas dicto Domino Secretario Serenissimi Poloniae ac Sveciae Regis loco responsi benigne indicari voluit, Eidem gratiam suam Caesaream clementer offerens. Signatum Viennae, sub sigillo secreto Sacrae Caesareae Maiestatis, die undecima mensis Aprilis, anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio.

Vidit  
P.H.a Stralendorff mp.

Joan Walderode mp.

a) *syntaxis confusa*

b) *sic in ms.*

Copia literarum Eiusdem Caesareae Maiestatis  
ad Serenissimum Poloniae ac Sveciae Regem.

Ferdinandus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae, Comes Tyrolis, Serenissimo Principi, Domino Vladislao Quarto, Regi Poloniae et Sveciae, Magno Duci Lithuaniae ac Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque, electo Magno

Duci Moschoviae, Nepoti, Vicino, Amico et Filio nostro charissimo, salutem et mutuam benevolentiam.

Serenissime Princeps, Nepos, Vicine, Amice et Fili charissime.

Ex iis, quae nobis de mandato Serenitatis Vestrae Honorabilis, devotus, sincere nobis dilectus Petrus Gembicki, Decanus Cracoviensis, Secretarius suus ad nos missus, retulit ac proposuit, admodum quam gratum nobis fuit intelligere, non modo, quo affectu erga nos et augustam nostram Austriae Domum Serenitas Vestra feratur, sed magis ac praecipue, quo studio pacis inter nos et dissidentes quosdam Principes ac Status Imperii reconciliandae teneatur, illumque animum non potuimus non magnopere probare ac collaudare. Porro autem, quo in statu pacis illud negocium modo versetur, quaeque hac in re mens sit nostra, pluribus Serenitati Vestrae idem Secretarius suus referet. Cui fidem ut habeat, pro solita nostra fiducia amanter requirimus. Qui de caetero Serenitati Vestrae omnem avunculi, amici, vicinique ac patris amantissimi affectum confirmantes, Eandem quam prosperrimis rerum successibus uti optamus. Datum in Civitate nostra Viennae, die nona mensis Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, Regnorum nostrorum Romani decimo quarto, Hungarici decimo quinto, Bohemici vero decimo sexto.

Eiusdem Serenitatis

bonus avunculus  
Ferdinandus

Vidit  
PH a Stralendorf mp.

Joan Waldenrode mp.

N. 128.

*Gedani, 29 Decembris 1634.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de facultate ligna in Polonia coëmendi factori Danico, Nicolao Kock, con-  
cedenda aliisque similibus.  
(Orig., sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Exposuit nobis nomine Serenitatis Vestrae factor Nicolaus Coquus, exhibitis literis liberi passus, eam desiderare, ut in dominii nostris cuiusvis generis ligna et alias merces ad rem nauticam necessarias, in usum Serenitatis Vestrae coëmtere comparareque possit: quod uti illi non denegavimus, ita multo libentius concessuri sumus, cum eo nomine literas speciales a Serenitate Vestra nobis praesentabit, omneque aliud officium quotiescumque Serenitas Vestra innuerit, prompte et studiose praestabimus. Quod attinet pecuniae summam, a subdito Serenitatis Vestrae Andrewson Wolsamio traditam et hucusque non restitutam, eam illi ex pensione et stipendiis dicti Volsamii, quae mandabimus, arresto imposito tantisper retineri, repetere et recuperare licebit. Quidquid praeterea a no-

bis in commodum tam Serenitatis Vestrae, quam illius subditorum proficisci poterit, in eo Nos Serenitas Vestra officiosos et promptos agnoscat. Cui interea fraternum nostrum amorem deferimus, ac diu foeliciterque regnare cupimus. Datum Gedani, die XXIX Decembris, anno Domini MDCXXXIV, Regnorum nostrorum Poloniae secundo, Sueciae vero tertio anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) benevolus frater  
Vladislaus Rex b)

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

a)-b) *manu propria.*

\*) *cfr. A.P.M. VII, I, 22.*

N. 129.

Varsaviae, 7 Martii 1635.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;*

*libertates negotiatoribus Danicis in Polonia libenter concedit et in compensem postulat, ut cives Poloni in Dania similibus gaudeant libertatibus.*

*(Orig., sig.) \*)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Acceptis Serenitatis Vestrae plenis benevolentiae et optimi erga nos affectus literis, non gravatim desiderio illius satisfacere voluimus, permisimusque, ut quidquid rerum ad structuram navium pertinentium in ditionibus nostris reperietur, negotiator Serenitatis Vestrae compararet, et absque ulla vectigalis pensione vel molestia exportaret. Libenter et quidvis aliud Serenitatis Vestrae causa praestituri sumus, cupimusque, ut nostra erga Serenitatem Vestram propensissima voluntas omni ex parte constet et variis officiis comprobetur. Porro quantum damnorum cum Serenitatis Vestrae subditis, tum vicinorum Principum, usurpata per mare Balthicum a Suecis exactio attulerit, optime Serenitati Vestrae constat, fierique non potest, quin ea res animum Serenitatis Vestrae non penetret: nobis certe non videtur toleranda, praesertim cum contra pactorum fidem et autoritatem immensa et intollerabilis exigatur solutio; proinde Serenitati Vestrae insinuandum censuimus, ut pro suo erga commoda fortunasque subditorum studio, tam grave onus, manu et coniuncta opera dissolvatur. Quoniam vero tractatus cum Regno illo nuper instituti, ob pertinaciam animorum, non sunt suum sortiti effectum, quique iterum intra breve tempus ineundi erunt, minime nos tutos securosque reddant, satius esse existimamus securitati Regni prospicere, et quae bello sint necessaria parare: ac quia magnam spem de fida Serenitatis Vestrae amicitia conci-

pimus, facile nobis persuademus naves nostras, quas in portus Danicos deferri contigerit, tutum receptum et stationem permissu Serenitatis Vestrae habituras: quod si praeterea ad usum nostrum alias conducere in illo Regno necessitas fuerit, minime Serenitatem Vestram prohibituram confidimus. Quanquam nollemus Serenitati Vestrae esse de caetero molesti, attamen cum vetustissimae inter maiores Serenitatis Vestrae et nostros necessitudines suadeant, ipseque inter nos amicitiae nexus impellat, petimus, ut, quantum rationes Regni illius ferrent, partem aliquam suarum navium et classem nobis submittere velit, quo nos officio ad mutuum quodvis subsidium opemque obstringeret, et memorem gratamque Domum nostram Regiam sibi efficeret. Qua de re uberiorum cum Serenitate Vestra nomine nostro mandatarius illius aget. Nos vero Serenitati Vestrae quaevis sincerae et optimae amicitiae coniunctique sanguinis officia pollicemur, nec non diutissime valere, in summa omnium rerum prosperitate cupimus. Datum Varsaviae, die VII mensis Martii, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae tertio anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b)

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu:* Praesentatae Hafniae 29 April 1635. Rex Poloniae petit sua-  
rum navium liberum transitum receptum stationes et conductus aliarum  
Danicarum navium.

a)-b) *manu propria.*

\* cfr. A.P.M. VII, I, 26

N. 130.

*Varsaviae, 15 Martii 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Ioannem Bremer in Daniam proficiscentem commendat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Do-  
mino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Affinis noster charissime.

Recepimus in numerum Servitorum nostrorum Egregium Ioannem Bremer, nobis a consiliariis nostris ob egregias virtutes ac rerum exotiarum peritiam optime commendatum, eundemque factorem nostrum constituimus. Is cum certis in negotiis ad Regnum Serenitatis Vestrae proficiisci necesse habeat, commendamus eum Serenitati Vestrae ab eaque amanter postulamus, ut eum Regio suo favore et patrocinio tanquam factorem nostrum prosequi velit. Prosperam de caetero valetudinem ac florentes rerum omnium successus Serenitati Vestrae a Deo praecamur. Da-

tum Varsaviae, die XV mensis Martii, anno Domini MDCXXXV, Regnum  
rum nostrorum Poloniae et Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

benevolus cognatus  
Vladislaus Rex

*In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Fridrichsburg den 17 Octobris 1635. Iohan  
Bremer wird recommendirt als S.Mt. von Polen factor.*

N. 131.

*Varsaviae, 15 Aprilis 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Ioannem Law, suum in aula Danica agentem, commendat.*

*(Orig., sig.) \**

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster uti Frater charissime.

Pro cognatae necessitudinis exigentia et suscipiendae in Regnum nostrum haereditarium Sueciae expeditionis usu, plurima nobis cum Serenitate Vestra intercedet negotiorum communicatio. Unde iuxta receptum in omnibus Regnis et Imperiis morem ad Aulam Serenitatis Vestrae destinavimus Nobilem fideliter nobis dilectum Joannem Law, qui agentis et residentis nostri vices subeat et amicai voluntatis nostrae desideria Serenitati Vestrae exponat, literas exhibeat repetatque, ac alia, quae ex re et commodo nostro fore intellexerit, apud Serenitatem Vestram sollicite procuret. Quem ut adversus quorumvis adversos conatus Regiae protectionis beneficio tueatur et solita benignitate complectatur, amanter petimus. Paria beneficentiae nostrae studia Serenitatis Vestrae hominibus mutui sanguinis nexus et nostra in Serenitatem Vestram fraterni amoris propensio effuse impertietur. Cui diurnae valetudinis et continuae prosperitatis usum ex animo precamur. Datum Varsaviae, die XV mensis Aprilis, anno Domini MDCXXXV, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Coronaeburgi 22 Mai 1635. Commendatur Regis Poloniae mandatarius aut Residens Joannes Law.*

\* ) cfr. A.P.M. VII, I, 37.

N. 132.

Varsaviae, 15 Aprilis 1635.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Ioannem Hamilton, militem in Polonium ex Anglia traiecturum, com-  
mendat.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Chris-  
tiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine noster uti Frater charissime.

Benevolam libertatem militis traiiciendi ex Anglia in Regnum nostrum per Cymbricam Chersonesum Serenitatis Vestrae imperio parentem, qua belli nostri haereditarii necessitas exposcere, qua mutuae necessitudinis et sanguinis iura indulgere videntur. Unde cum Generoso Joanni Hammelthon Equiti Aurato, Illustris Comitis Hadenthonii filio, provinciam ducentae legionis demandaverimus, isque primo tempore quinis senis navibus huiusmodi Anglicas cohortes castris nostris representatus sit; ut memorato Colonello nostro ditiones et portus Serenitatis Vestrae cum millenis militibus penetranti, citra cuiusvis difficultatis renitentiam, liberum transitum largiatur, amantem et maiorem in modum postulamus. Nos pro fraterni amoris vicissitudine ad propaganda Serenitatis Vestrae commoda nec Regnorum nostrorum studia, nec benevolentiae nostrae promptitudinem desiderari patiemur. Cui longaevae valetudinis et perennis felicitatis decursum ex animo vovemus. Datae Varsaviae, die XV mensis Aprilis, anno Domini M.DC.XXXV, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater  
Vladislaus Rex.

In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.

Alia manu: Praesentatae Coronaeburgi 8 Maii 1635. Rex Poloniae petit liberum transitum per portus Danicos pro suo milite.

N. 133.

Varsaviae, 18 Aprilis 1635.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
armis iura sua in Suecia vindicare intendit, movendi libertatem exercitui  
Polono in Dania expostulat.

(Orig., vest. sig. \*) Exemplar harum litterarum originali adiunctum  
in eodem archivio conservatur.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi  
Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate, Amice et Vicine, uti Frater noster charissime.

Quantum nos teneat pacis desiderium, quantumve a christiani et maxime subditi sanguinis effusione animus noster abhorreat, testantur Senatus Populoque Suetico proposita benignitatis nostrae argumenta. Nihil quod ad publicam Regni salutem ac tranquillitatem, nihil quod ad universi status ab immensis contributionum pressuris sublevationem, nihil denique, quod ad inviolabilem Augustanae confessionis libertatem spectare videbatur, a nobis intermissum iri spoondimus ac insuper, ne irrita fovent mutuae pacificationis conamina, Serenissimae Infanti Suetiae Regionalis indigitationis Maiestatem quoad statum praesentium tractatum largiti fuimus. Sed iis non attentis adversaria protervia iustae compositionis media repudiat, mavultque infortunii praecipitia subire, quam aequis pacatis haereditate Regni nostri cedere. Unde duce et vindice iustitia subditam gentem terra marique armis persequendam duximus. Divina Potentia iustis signis nostris suffragabitur. Nec minus Serenitatem Vestram et vicinos amicosque Reges, quibus familiaris regiminis ius decusque cordi est, pro aequitatis arbitrio votis nostris patrocinaturos confidimus. Itaque a Serenitate Vestra amanter efflagitamus, velit competae optimae vicinitatis studia militiae nostrae navalii eiusque gubernatoribus et legionariis, tam ex Oceano adventantibus quam ex Regnis nostris provenientibus, exhibere, transitusque liberos et pro tempestatum exigentia securos portus largiri. Nos in cognatae benevolentiae et vicinae amicitiae concertatione primas partes tueri fraterne semper conabimur, Serenitati Vestræ continuæ felicitatis ac incolumitatis progressus ex animo precamur. Datae Varsaviae, die XVIII Aprilis, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestræ

a) benevolus cognatus uti frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu:* Rex Poloniae petit suae militiae navali liberum transitum et securos portus concedi. Praesentatae Christianiae 3 Julii anno 1635.

a)-b) *manu propria.*

\*<sup>b)</sup> *cfr. A.P.M. VII, I, 38.*

N. 134.

*Varsaviae, 18 Aprilis 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut civibus Danicis pyraticaæ societatis classi Polonæ se adiungere  
liceat.*

*(Orig., sig. \*) Exemplar harum litterarum in archivo hoc documen-  
tum sequitur.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Christiano Quarto, Dei gratia Daniae, etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine uti frater charissime.

Pro Regni nostri haereditarii Sveciae vindicatione hostiumque a Regni nostri Poloniae littoribus et limitibus diversione et graviore subditae proterviae compressione certam conscriptsimus Pyraticae Societatis classem, cui si forte aliqui ex Provinciis et Regnis Serenitatis Vestrae cum milite et navibus se adiungere desideraverint, a Serenitate Vestra amanter petimus, velit connivendo subditorum suorum fortunae, nostrae vero aequitati annuendo favere. Nihil Pyratica infestatio subditis, negotiatoribus aut provinciis Serenitatis Vestrae incommodi adferat <sup>a)</sup>, qui imo ab iisdem omnem hostilitatis iniuriam arcebunt, Serenitatis Vestrae amicae voluntatis significationem ita grato animo complectemur, quod pro enata oportunitate <sup>b)</sup> paribus remis velisque in subsidia Serenitatis Vestrae ituri simus. Cui felices rerum successus et valetudinis diurnae protelationem a Deo precamur. Datae Varsaviae, die 18 Aprilis, anno 1635, Regnorum nostrorum Poloniae et Sveciae 3 anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>c)</sup> benevolus cognatus uti frater  
Vladislaus Rex. <sup>d)</sup>

*In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Christianiae 3 Julii anno 1635.*

Rex Poloniae significat se conscriptsisse classem Pyraticae Societatis.

a) *in ms. adferiat.*

c)-d) *manu propria.*

b) *sic in ms.*

\*<sup>o</sup> *cfr. A.P.M. VII, I, 39.*

*N. 135.*

*Thorunii, 20 Iunii 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae*

*ad Christianum IV regem Daniae;*

*admonet, ne cives Danici in ditiones a hoste occupatas navigent.*

*(Orig., sig.) \*<sup>o</sup>*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Dominu Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Quandoquidem belli contra Suecos post exitum induciarum et frustratam pacis negociationem resumendi necessitatem ipsorum contumacia nobis imponit, ideo a Serenitate Vestra amice petimus, ut subditos et homines suos praemonitos velit, ne ad loca aut partes praedicti hostis nostri sive in Regno Sveciae, sive in ditionibus ab eodem in Livonia aut Prussia occupatis ulla tenus navigent, aut quippiam, quod ad belli usum aut subsidium qualcunque pertinebit, illuc sub quacunque specie aut praetextu afferant, ob quam rem classis nostra cogatur eos hostium loco habere et iniuriam nostram adversus eosdem prosequi. Quod quidem tanto promptius et maturius faciendum nobis duximus, ne quis sive errore sive studio incommode aut periculum sibi accersat. Prosperam de caetero valetudinem et felicem rerum successus Serenitati Vestrae precamur. Datum

Thorunii, die XX mensis Junii, anno Domini MDCXXXV, Regnum nostrorum Poloniae III, Sueciae vero IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus  
Vladislaus Rex. b)

a)-b) *manu propria.*

\* cfr. A.P.M. VII, I, 56.

N. 136.

Thorunii, 24 Iunii 1635.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
gratias agit pro seculo receptu navibus Polonis in portubus Danicis  
concesso.

(Orig., sig.) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Accepimus Serenitatis Vestrae litteras Thorunii XIX Iunii Haffrica II mensis Maii datas, cum paucis ante diebus internuncium nostrum ad Serenitatem Vestram expeditivissemus, per quem licet prolixe testificatus, quanti Serenitatis Vestrae benevolentiam et officia promissa faciamus, nihilominus praesentibus quoque id ostendere voluimus, ac plurimum Serenitati Vestrae nos debere non diffitemur, quod navibus et classi nostrae, cum eam in portus Serenitatis Vestrae tempestate vel necessitate deferri contigerit, receptum tutum et stationem securam concesserit. Quidquid vicissim a nobis praestari et proficiisci officiorum in Serenitatem Vestram et Serenissimam illius Domum poterit, in eo nos effusos et promptissimos cognoscet. Non est autem verendum aliquid ab illis navibus incommodi vel importunitatis; serio cavebimus, et iam severissimis edictis praeceperimus praefectis, ne ullam molestiam aut praeiudicium incolis et dominis Serenitatis Vestrae inferant. De reliquo Serenitati Vestrae prosperam valetudinem et secundissimos rerum successus precamur. Datum Thorunii, die XXIV mensis Iunii, anno Domini MDCXXXV, Regnum nostrorum Poloniae III, Sueciae IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus  
Vladislaus Rex. b)

In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.

Alia manu: Productae Hafniae 24 Augusti anno 1635.

a)-b) *manu propria.*

\* cfr. A.P.M. VII, I, 59

*Thorunii, 28 Iulii 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut naues Polonae in portibus Danicis tutam stationem obtineant.*

(*Orig., sig.*) \*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc., Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Mittimus ad maritimas et Ansiaticas civitates Generosum Alexandrum Sithonium, classis nostrae Viceprefectum, ut postquam pars adversa satis honestas et tollerabiles conditiones a nobis oblatae praefracte renuerit nihilque authoritati et interventui duorum magnorum Regum concedere voluerit, ea quae ad idonee instruendam classem pertineant, procuret. Quod ut commodius illi procedat, apud Serenitatem Vestram literis nostris favorem et patrocinium parare et conciliare voluimus; quod quidem respectu nostri exhibitiram Serenitatem Vestram nihil ambigimus, pro eo, quem pridem candide Domui nostrae Regiae exhibuit affectu, nullo non reciproco per nos cumulandum officio. Quod autem Serenitas Vestra a nobis certo scire desiderat, quo numero classem apparare, et in Balticum mare emittere velimus, ea vix plus vel minus viginti quinque navibus constabit; quod si postmodum plures acquiri et haberi poterunt, de eo Serenitatem Vestram non celabimus. Interim Serenitatem Vestram amice rogamus, prout iam saepius efflagitavimus, ut quantacunque ad praesens classis comparabitur, fidam tutamque in portibus Serenitatis Vestrarum, speciali Serenitatis Vestrarum edicto, stationem obtineat. Nolumus etiam Serenitatem Vestram ignorare, quid nobis nuper Sueci, stantibus adhuc induciis, quas quidem illis non insolitum est frangere, iniuriae intulerint. Navim videlicet securitate ac fide induciarum fretam una cum nuntio nostro, quem ad Serenitatem Vestram cum mandatis et literis Thorunio expediveramus, interceperunt! id non modo ad nostram, verum etiam Serenitatis Vestrarum iniuriam pertinere quis non intelligit? Profecto graviter tam temerario ausu et autoritas <sup>a)</sup> Regum et ius gentium violata sunt. Quod quidem Serenitatem Vestram apud se melius expensuram, non dubitamus. Cui vitam longaevam et secundissimos in omnibus rebus successus ex animo precamur. Datum Thorunii, die XXVIII mensis Julii, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae III, Sueciae IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrarum

<sup>b)</sup> bonus cognatus et frater  
Vladislaus Rex <sup>c)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.*

*Alia manu: Productae Hafniae 24 Augusti anno 1635.*

a) sic in ms.

b)-c) manu propria

\*) cfr. A.P.M. VII, I, 89.

*In Castris ad Ossam fluvium, 12 Augusti 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de navi Suetica in freto Danico retinenda.  
(Orig., sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Qua humanitate et benevolentia Serenitas Vestra classis nostrae Vice-praefectum exceperit et complexa sit, ex eiusdem literis cognovimus; non potuit autem nobis id, de quo nequidquam addubitatavimus, non accidere pergratum. Cupimus ex animo nobis eam dari facultatem, unde Serenitas Vestra nostram quoque erga se propensionem officiique promptitudinem, non incertis argumentis expressam, cognoscere possit; quam quidem Serenitati Vestrae pro temporis opportunitate testificari non omittemus ac quidquid unquam in rem Serenitati Vestrae, prout iam saepius polliciti sumus, totiusque illius Serenissimae Domus ac Regni Danici incrementum, conducere arbitrabimur, ab eo nos nulla difficultas, nullum impedimentum deterrebit. Interim uti coepit, Serenitas Vestra constans ac perpetuum studium erga nos conservet, et omni, quaecunque sese rerum nostrarum amplificandarum et tuendarum obtulerit occasio, utatur (id enim ad utriusque commodum pertinebit), peramanter efflagitamus. Cum autem intellexissemus navem Sueticam dictam Gottenburg in freto Danico hædere, eam tam diu retinendam istic petimus, quoad nostra navis, quam una cum Internuntio ad Serenitatem Vestram expedito, durantibus induciis, Sueci contra pacta publica et ius gentium interceperunt, fuerit restituta. Equos naturalibus maculis distinctos Serenitati Vestrae ad praesens e castris mittimus, alios in proximum ver, si forte isti non complacuerint, praesentaturi. Quod reliquum est, Deus Optimus Maximus aetatem Serenitati Vestrae magnis laboribus gloriosam in annos longaevos producat et omni felicitate secundet. Datum in Castris ad Ossam fluvium, die XII mensis Augusti, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae III, Sueciae IV.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus et frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Hafniae 19 Augusti 1635.*

a)-b) *manu propria.*

\*) *cfr. A.P.M. VII, I, 101.*

In Castris ultra Quidzinum <sup>a)</sup>, 14 Septembris 1635.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de induitiis cum Suecis constitutis.

(*Orig., sig. cum allato exemplari textus induitarum actarum Stumdorfi*  
*12 Sept. 1635.)*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Postquam interventu Serenissimorum Regum et Principum induitiae viginti sex annorum inter Regnum Poloniae et Sueciae pactae sunt, illico de iis perscribendum Serenitati Vestrae uti agnato et vicino Principi duximus, rati exinde parem laetitiam ad Serenitatem Vestram redundaturam. Ita autem cum parte adversa Legatorum opera confectum est, ut locis in Prussia occupatis cessura sit; Livoniam, salvo per omnia ad eam et Regnum haereditarium iure nostro, durantibus induciis retineat; quod uberiorius ex tabulis, pacis literis adiunctis, Serenitas Vestra cognoscet. Erat quidem is animus noster pacem perpetuam potius, restitutis provinciis Regno Poloniae ab hoste occupatis, constituere et stabilire, quam ad tanti temporis induicias condescendere; verum cum hae magis hosti placuerint nullumque locum et pondus apud eum Legatorum Serenissimorum Regum et Principum rationes et persuasiones habuerint, cessimus (a profusione sanguinis Christiani abhorrentes) authoritati et interventioni Serenissimorum Principum nobis amicitia devinctorum, ac in eas induicias consensimus, ea tamen inter alias conditione, ut primo quoque tempore pacis perpetuae tractatus instituerentur, cuius moderamen et arbitrium Serenissimo Galliarum Regi et Serenitati Vestrae tanquam coniunctissimo et amicissimo Principi permittere (urgentibus commissariis nostris, ut id pactis insereretur) voluimus; cum tamen pars adversa potius Ducem Curlandiae elegerit, ut is inter nos et Suecos de tempore et loco conveniendi studium et operam suam interponeret, nobis quoque acquiescendum fuit, qui nihilominus in hoc negocio pacis perennis, posteaquam certitudinem loci et temporis exploratam habuerimus, autoritate et interventione Serenissimi Regis Galliarum et Serenitatis Vestrae utendum proposuimus, quam nobis Serenitatem Vestram libenter accommodaturam certo pollicemur. De nostra vicissim constanti erga se et Serenissimam Domum suam amicitia et officio tantum sibi persuadeat, quantum amicissimo Principi et vicino merito sperare et expectare fas et aequum est. Cupimus de cætero Serenitatem Vestram omni rerum suarum foelicitate ac incolumente firma perfui, nostraque ad earum incrementum uti promptitudine. Datum in Castris ultra Quidzinum, die XIV-a mensis Septembris, anno Domini MDC.XXXV, Regorum nostrorum Poloniae III, Sueciae IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> benevolus frater

Vladislaus Rex <sup>c)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu:* Notificatio induitarum praesentiert den 21 Octobris anno 1635 con adiuncta copia conditionum earundem.

a) *Kwidzyn*

b)-c) *manu propria.*

Condiciones Induciarum. \*)

1.

Sint induciae ex hoc die inter Serenissimum Dominum, Dominum Vla-  
dislaum Quartum Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae etc. etc. etc.  
etc., Dominum nostrum Clementissimum, Sacrae Suae Regiae Maiestatis  
Successores, Reges Poloniae et Magnos Duces Lithuaniae, Regnumque Po-  
loniae et Magnum Ducatum Lithuaniae ex una, et inter Serenissimam  
Principem Dominam Dominam Christinam, Suecorum, Gotthorum Vandal-  
orumque designatam Reginam, Magnam Principem Finlandiae etc. etc. etc.  
etc., et Suae Maiestatis Successores Reges, (a:) a) Regnum Sueciae ex altera  
parte, annis sequentibus viginti sex a data praesentium computanda usque  
ad primam Julii stylo veteri anni millesimi sexcentesimi sexagesimi primi.

2.

Sit omnium utrinque anteactorum amnestia. In primis Sacra Regia  
Maiestas b) eiusque Successores Reges Regnumque Poloniae et Magnus  
Ducatus Lithuaniae abstineant, durantibus induciis, omni hostilitate ad-  
versus Reginam Regnumque Sueciae, eisque mediate vel immediate subiec-  
tas provincias, castra, civitates ac territoria, neque quicquam per se vel  
per alios moliantur aut tentent tentarive faciant in horum detrimentum  
aut praeiudicium.

Ad eundem modum Serenissima Regina eiusque Successores Reges  
Regnumque Sueciae abstineant, durantibus induciis, omni hostilitate ad-  
versus Regem Regnumque Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae,  
eisque mediate vel immediate subiectas provincias, castra, civitates ac  
territoria, neque quicquam per se vel per alios moliantur aut tentent ten-  
tarive faciant in horum detrimentum aut praeiudicium.

3.

Sacrae Regiae Maiestati ac Reipublicae Polonae Serenissima Regina  
Regnumque Sueciae reddat eam partem Prussiae, quam hactenus occupa-  
tam possidet, ita tamen, ut Pilavia Electori Brandenburgico Duci in Prussia  
immediate restituatur, possidenda eodem iure (b:) c), quod ante bellum hoc  
habuit.

4.

In restituendis vero locis hoc observetur, ut exhibita Commissariis  
Sueticis Sacrae Regiae Maiestatis (r:) d) ratihabitione, nec non interposita  
cautione Senatorum et Commissariorum Polonicorum, lege comitiali, ad  
latus Regis a Republica delegatorum, de tradenda primo quoque tempore  
Reipublicae ratificatione, Mariaeburgum cum Insula Maiore, Stuma,  
Braunsberga ac Tolkmitho, cum eorum territoriis, deductis praesidiis,  
reddantur in manus Commissariorum Serenissimi Regis ac Regni Poloniae.  
Naupertum vero ac Iunckertzeil, praesentibus utriusque partis Deputatis,  
solo aequentur, suis cuique fundis et bonis relictis, et exercitus utrinque  
abducantur, intra id tempus, eoque modo ac ordine, quo inter generales  
utriusque partis convenerit. Elbingam vero cum pristino eius territorio  
atque Insula Minore, ac munimentis ibi extructis, nec non Pilaviam cum

ea parte Neringiae, quae eo spectat, retineat Serenissima Regina Regnumque Sueciae, donec ratificatio Reipublicae Polonae subsecuta fuerit, qua tradita, illa quoque loca intra dies quatuordecim, deductis sine damno incolarum praesidiis, restituat, hoc observato, ut fortalitia omnia Elbingae extorta relinquantur in eo statu, in quo nunc sunt, et eadem custodia, uti ante hoc bellum.

5.

Post restitutionem locorum omnium, vectigalia in eum mox reducantur statum et in illud ius, in quo erant ante hoc bellum, servata in omnibus aequalitate, ubi antea fuit.

6.

In Livonia utraque pars, uti praeteritis sexennalibus induciis possedit, ita hisce quoque possideat.

7.

Sacra Regia Maiestas ac Respublica Polona, receptas in fidem suam civitates ac territoria eorumque magistratus, communitates, cives, incolas et subditos universos, omni meliori modo indemnes praestet ac eadem, qua olim clementia et gratia, prosequatur, foveat ac tueatur, gaudeantque universi et singuli possessionibus, iuribus, privilegiis, consuetudinibusque suis, tam generalibus ac communibus, quam specialibus, sine exceptione, quibus ante hoc bellum gavisi sunt, praesertim vero Civitas Elbingensis in usu sigilli terrarum Prussiae et consueto sessionis loco conservetur, postquam debitum Sacrae (8.) Regiae Maiestati iuramentum fidelitatis prestiterit. Salvo manente libero in locis restitutis, uti ante viguit, Evangelicae Religionis exercitio, manente quoque libero Catholicae Religionis exercitio, in templo praesertim parochiali veteris Civitatis Elbingensis, uti ante hoc bellum.

8.

Cunctae actiones adversus illos, qui partes Serenissimorum Regum ac Regiae Sueciae quocunque modo secuti sunt, aut secuti esse insimulantur, cuiuscunque sint status et ordinis, sive privati vixerint, vel officio publico functi ac servitiis Serenissimae Regiae Regnique Sueciae obstricti fuerint, vel instituendae vel institutae cessent, et si quae intentatae sunt, tollantur, omniisque careant executione in perpetuum, nec quisquam de iis, quae belli induciarumve tempore ex occasione eiusdem belli vel induciarum intercesserunt, cuiquam respondere teneatur. Etsi quid in contrarium susceptum factumque est aut rescriptum vel decretum aliquod in absentia partis obtentum, id omne sit irritum nulliusque valoris.

9.

Si cui aut quibus non placuerit in restitutis civitatibus aut territoriis manere, sed potius mutato domicilio ad alios se conferre liberum sit in spatio trium annorum a data praesentium numerando, sua dividere, aliis elocare, aut pro suo libitu distrahere sine ullo impedimento aut onere, sub quocunque praetextu imponendo, salvis antiquis civitatum iuribus et consuetudinibus.

10.

Si qui exulum, qui extra Sueciam apud Polonos versantur et partes Serenissimorum Regum Poloniae secuti sunt, in Patriam redire quacunque de causa voluerint, salvum quaerant conductum, quo impetrato fruantur beneficio legum et statutorum Regni Sueciae.

11.

Acta, iudicata ac decreta, cuiuscunque fuerint instantiae vel iudicii, inscriptiones, contractus, transactiones aliaque omnia (quae statui publico, uti is fuit ante bellum, non derogant vel hisce pactis per expressum non sunt reservata) belli vel induciarum tempore sive Magistratum (<sup>(e:) f)</sup> auctoritate iudicialiter, sive extra judicialiter gesta firmum robur obtineant, aequae ac si priore rerum statu omnia acta fuissent, nec ulla unquam regimini et magistratum mutatio intervenisset.

12.

In locis quoconque tempore iuxta pacta praesentia restituendis, relinquantur bona fide omnia mobilia ecclesiarum, quae in praesens reperiuntur, ut sunt vasa, vestes sacrae, campanae, aliaque ad usum ecclesiasticum servientia, tum libri cancellariae, privilegia et acta publica, si quae tamen temporum iniuria a milite sunt direpta aut aliorum negligentia corrupta, ulterior <sup>(g:)</sup> in id Inquisitio non instituatur, nec quisquam ad restitutionem teneatur. Tormenta item bellica et bombardae maiores, quae tempore occupationis inventae fuerunt et adhuc in restituendis civitatibus vel locis sunt, relinquantur.

13.

De iis, quae durante bello iure fisci cuiquam adempta et vel fisco illata vel aliis donata sunt, ita convenit, ut immobilia sive Regia et Re-publicae, sive etiam privatorum sunt bona, quorum donationes utrinque factae sunt, si donatariis iam tradita sunt, antiquis possessoribus restituantur, (<sup>(h:)</sup>) sive nondum tradita, maneant penes Dominos, cessantibus de caetero omnibus quaestionibus actionibusque, ratione redditum sive ex publicis, sive privatis bonis perceptorum, mobilium etiam donationes et largitiones utrinque factae, si ante has inducias executioni non fuerint demandatae, irritae sunt, traditae vero possessoribus modernis, relinquantur. Cessantibus quoque eorum nomine omnibus actionibus initisque obligationibus, quibus apochae authenticae sive a Regum locum tenentibus, sive ab officialibus Camerarum Regiarum, sive etiam ab ipsis donatariis sine fraude datae, dummodo de iisdem donationibus per authenticum instrumentum constet solutionis factae, opponi possunt.

14.

Commercia pristina inter utrumque Regnum et provincias subiectas restituantur et in veteri exercitio conserventur redeantque omnia in eum statum, in quo ante hoc bellum fuerunt, ab omnibus novitatibus oneribusque hoc bello inductis vindicata.

15.

Defluitatio mercium ex Magno Ducatu Lithuaniae nulla ratione in flumine Duna impediatur sitque ea in dicto flumine vectigalium ratio in posterum, quae fuit ante hoc bellum.

16.

Subditi fugitivi Magni Ducatus Lithuaniae et Ducatus Curlandiae, qui-cunque in Livonia reperti fuerint, suis Dominis reddantur, quod viceversa de subditis fugitivis ex Livonia in Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Curlandiae fieri debet.

17.

Exercitus omnes, exceptis praesidiariis, tempore supra definito ab utraque parte ex Provincia deducantur, et quidem Sueticus per mare, si tamen equitatui intra assignati temporis spatium traiciendo navium copia non suppetierit, liber illi et innoxius transitus quam brevissimo itinere per terram in ditiones ipsorum, sine damno incolarum Regno Poloniae mediate et immediate subiectorum, concedi debet. Quod itidem obseretur, si aliqui pedites dicti exercitus Suetici dimissi fuerint, iustitia vero per praefectos indilata, bona fide, administretur damnum et iniuriam passis.

18.

Iniurias tam personales quam reales sub hasce inducias incidentes una pars de altera non vindicabit, salva iurisdictione ordinaria cuiuscunque (<sup>etiam</sup>) <sup>i)</sup> partis, sed iustitia ab officialibus et magistratibus competenter requiratur, eademque indilata administretur, saeverae paenae in violatores pacis fide publica roboratae exerceantur, nullaeque repressaliae aut arresta tam terra quam mari ratione cuiuscunque iniuriae, nisi iustitia pluribus vicibus legitime repetita non administretur, admittantur, et si quae ante hoc bellum sive etiam durante bello concessae sunt, cassentur; ita tamen, ut quibus concessae sunt, iustitia administretur.

19.

Quod si quid gravius inciderit, quod violationem Pactorum concernere videretur, dentur utrinque Commissarii, qui loco aliquo ad fines Livoniae adsignando convenient, et controversias exortas sopiant decitantque.

20.

Pro maiore securitate, et ne quidquam hisce Pactis contrarium, durantibus induciis, a quoquam committatur, Ordines Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae promittant et fide iubeant Serenissimum Regem Poloniae et eius fratres eorumque Successores ac posteros, durantibus induciis, ex Regno Poloniae Magnoque Ducatu Lithuaniae et omnibus eis subiectis provinciis atque ditionibus nihil molituros, multo minus hostile quidquam tentatueros adversus Serenissimam Reginam eiusque successores Reges Regnumque Sueciae eisque subiectas ditiones ac provincias, civitates, castra, munimenta ac territoria, et si quidquam tentaverunt, id impeditre ac praevenire teneantur.

## 21.

Sacra Regia Maiestas et eius successores Reges ac Respublica Polona adversus Serenissimam Reginam eiusque successores Reges Regnumque Poloniae <sup>(\*)</sup> j) subiectasque ditiones ac provincias nullis navibus vel classe maritima utatur, vel aliis quibuscumque auxilio submittat, durantibus induciis, et Dux in Prussia, Dux Curlandiae et ex statibus Prussiae Regalis civitates maiores caveant, se non permissuros hostile quidquam ex portubus suis Reginae Regnoque Sueciae, subiectisque ditionibus ac provinciis, illatum iri directe vel indirecte.

## 22.

Durantibus ac currentibus hisce induciis agatur de pace perpetua loco ac tempore interventuque Principum Mediatorum, de quibus inter partes cura ac diligentia Illustrissimi Ducis Curlandiae convenerit. Ita tamen, ut si tractatus pacis perpetuae semel atque iterum non successerit, firmae nihilominus et inviolabiles maneant inducias usque ad exitum hisce pactis praefinitum.

## 23.

Si qui Regum ac Principum Christianorum hisce pactis ex utraque parte includi voluerint, sit ipsis eius facultas, modo se ad ista intra quinque abhinc menses declaraverint.

Ut hisce pactis firmius insistatur, certoque constet bona fide ea servatum iri hoc modo, convenit, ut redditis utrinque Procuratoriis Dominorum Commissariorum pacta haec manu et sigillo eorundem roborentur et invicem tradantur; tum, ut Serenissimus Rex Poloniae secundum praescriptam formulam eadem quantocius confirmet, et antequam ullius loci fiat restitutio, suam confirmationem tradat; deinde, ut Serenissima Régina Sueciae solenni instrumento illa nomine suo et Regni Sueciae per subscriptionem Dominorum Regni Sueciae Administratorum rata habeat, et Respublica Polona eadem in comitiis primo quoque tempore celebrandis solenniter approbet et confecto instrumento ratificet. Quae quidem instrumenta solennia ad formulam praescriptam, nulla voce aut syllaba mutata, per utriusque partis Commissarios Deputatos, quanto citius poterit, ad limites territoriales inter Elbingam et Mariaeburgum, sine ulla mora et excusatione reddi utrinque ac recipi debebunt. Ad eundem modum Serenissimus Elector Brandenburgicus, Dux in Prussia, Dux Curlandiae et ex ordinibus regalis Prussiae civitates maiores literas suas reversales, quibus securitati Serenissimae Reginae ac Regni Sueciae cavebitur, ante restitutionem Elbingae et Pilaviae tradant. Actum Stundorffii, die XII mensis Septembbris stylo novo, anno Salutis millesimo sexcentesimo trigesimo quinto <sup>(x) k).</sup>

<sup>1)</sup> Nos itaque Vladislaus IV, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae etc. etc., promittimus et recipimus nomine nostro, successorum nostrorum et Reipublicae Poloniae, nos singula et universa capita pactis supra scriptis inserta et comprehensa, bona et regia fide approbare, laudare et ratihabere, sicut hisce approbamus, laudamus et ratihabemus, nec passuros a nostratis aut aliis ullo modo violari. In quorum maiorem fidem ac certitudinem hasce manu nostra subscrisimus et sigillo regni nostri muniri iussimus. Datum in castris ad Quidzimum, die 15 mensis Septembbris, anno Domini 1635.

Vladislaus Rex.  
Joannes Lipski  
Referendarius Regni <sup>m).</sup>

*In prima pagina ante textum scriptum est: N.B. In den schwedischen Conditionibus ist die Confirmation des Königs von Pohlen der Herrn Unterhändler und allerseits Interessenten abgesanten Eingang zuvor gesetzet, ehedem nach folgende Conditiones einen Anfang gewinnen.*

*Post textum: Copia conditionum Induciarum inter Regem Poloniae et Sueciae una cum literis Regis Poloniae.*

Praesentatae Copenhagen den 21 Octobris 1631.

n<sup>o</sup>) Ferner stehet in den Schwedischen Conditionibus auff einer absonderlich pagell Cancellariatu Iacobi Zadzick, Episcopi Culmensis et Pomesaniae, Nominiati Cracoviensis.

Registratae in actis Cancellariae Maioris.

Jacobus Maximilianus Fredro, Succamerarius Praemisliensis, Secretarius Regiae Maiestatis °).

- a) *In textu signum (α:) adest et sub verbis Reges Regnumque Sueciae linea est ducta. Hic in margine:* In condicionibus Sveticis habetur: Reges Svecorum regnumque Sveciae.
- b) *In ms: Mttis.*
- c) *In textu signum (β:) et sub verbis: eodem iure quo linea est ducta. Hic in margine:* In Sveticis conditionibus possidenda eodem iur quo etc.
- d) *In textu signum (γ:) et sub verbo ratificatione linea est ducta. Hic in margine:* In Sveticis conditionibus findet sich das vocabulum ratificatione.
- e) *In textu signum (δ:) et sub verbis Sacrae Regiae Maiestati iuramentum fidelitatis praestiterit. linea est ducta. Hic in margine:* In Sueticis conditionibus steht Suae Regiae Maiestati iuramentum fidelitatis praestiterint.
- f) *In textu signum (ε:) adest, et sub verbis authoritate iudicaliter linea est ducta. Hic in margine:* In Sueticis conditionibus stehet: authoritate et iudicaliter.
- g) *hic verbum inquisitio deletum.*
- h) *In textu signum (ζ:) adest, et sub verbo sive linea est ducta. Hic in margine:* In den Polnischen particula si vero pro sive.
- i) *In textu signum (η:) adest, et sub verbo cuiuscunq; linea est ducta. Hic in margine:* In Sveticis Conditionibus stehet cujusque.
- j) *In textu signum (θ) adest, et sub verbo Polonia linea est ducta. Hic in margine:* In Sveticis conditionibus stehet Sveciae.
- k) *in textu signum (χ) adest. Hic in margine:* In Sueticis conditionibus stehet ferner:  
l-m) *textus alia manu scriptus.*  
n-o) *textus alia manu scriptus.*

\* cfr. OGIER Karol, Dziennik podrózy do Polski, ed. W. Czapliński, Gedani 1950, ubi textus earundem conditionum in pp. 250-265 apparuit. Textus ille, identicus cum textu in ms. nostro, ex editione saec. XVII typis edita provenit. Cfr. etiam Sverges Traktater, V, 2, 1632-1645, ed. C. HALLENDORFF, Holmia 1909, pp. 335-344.

#### N. 140.

*Varsaviae, 24 Decembris 1635.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de appellatione causee Michaëlis Andreæ ad iudicium regium devoluta.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Dominu Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime. Intelleximus in causa et actione Famati Michaëlis Andreæ, subditi Serenitatis Vestrae, contra Colonellum nostrum Generosum Iacobum Wolson in Civitate Gedanensi instituta, appellationem ad nos, iudiciumque nostrum, ex parte Colonelli eiusdem devolutam. Ad cuius prosecutionem cum praefatus Michaël Andreæ nullo modo se teneri velle, postmodum,

actis iam extraditis, temere declarasset, eoque nomine litteras Serenitatis Vestrae ad Senatum Civitatis nostrae Gedanensis attulisset, quibus ob interpositae appellationis moram graviores eidem Civitati minas intentari videtur, visum est nobis pro amicitia mutua et vicinitatis ac foederum iure Serenitatem Vestram hisce compellare, amanter requirendo, ne, dum in iustitia administranda legitime proceditur, ad extra ordinaria media pro-grediendum existimet, quin potius subdito suo severe iniungat, ut exspectata finali cognitione nostra usitatum iuris ordinem observet <sup>a)</sup> neque culpa vel negligentia propria sibimet ipsi occasionem preebeat <sup>b)</sup>. Caeterum quae de duplicati theloni onere, aliisque molestiis per navium merciumque detentionem vel repressaliarum executionem civibus Gedanensis bus occasione commissionis nauticae, Regio nomine, Gedani exercitae, im-merito illatis, tam per literas quam Legatos nostros aliquoties postula-vimus, Serenitati Vestrae in memoriam revocanda duximus, certa spe freti Serenitatem Vestram necessitudinis nostrae ac benevolentiae mutuae potiorem deinceps, quam suspicionis obortae, rationem habituram, neque innoxios hominibus eius rei causa, cum qua civitati nil commune fuit, damna et gravamina ulteriora inferre passuram, sed restitutis ablatis, et vectigalibus ad priorem statum atque aequalitatem reductis, expectationi nostrae responsuram. Quod uti vehementer desideramus, ita vicissim re-ciprocae voluntatis nostrae promptitudinem Serenitati Vestrae libenter contestabimur. Cui prosperam valetudinem et foelicissima quaeque ex animo precamur. Datum Varsaviae, die XXIV Mensis Decembris, anno Domini MDCXXXV, Regnorum nostrorum Poloniae III, Sveciae vero IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

c) bonus frater  
Vladislaus Rex <sup>d)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Haderslebiae 13 Februarii 1636.*

a) *in ms. erronee scriptum:* obserunt.  
b) *in ms.:* praebent.

c)-d) *manu propria.*

N. 141.

Gedani, 28 Ianuarii 1636.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
libenter consentit, ut et Christianus induitis accedat.

(*Orig., sig.*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Chris-tiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.  
Etsi multa nos ab induitis cum hoste ineundis nuper abstrahere po-tuissent, tamen quia cum iis commodum et incrementum totius Septem-

tronis coniunctum esse, publicus simul consensus et gravissima Serenitatis Vestrae auctoritas et gaudium, ac gratulatio a tam amico et benevolo pectore missa, fatetur, magna sane et sincera voluptate ea res nos affectit: nihil enim gratius nobis accidere potuit, quam facti nostri rationes et iudicio Serenitatis Vestrae placuisse, et plurium Regnorum usibus atque emolumentis profuisse. Quo maiorem etiam spem de Serenitatis Vestrae voluntate ac studio ad pacis in posterum securitatem stabiendum libenter concipimus, cui induciarum nomen tam gratum et fructuosum visum est. Quibus cum includi Serenitas Vestra cupiat, eamque ad rem consensum nostrum postulet, ultiro gloriae nobis duximus, Serenitatem Vestram non terrarum solum propinquitate, sed animorum etiam coniunctione, publicae quietis ac tranquillitatis pignoribus accedere. Quod cum non modo absque praeiudicio foederum, cum hoc Regno nostro Poloniae icitorum, sed insuper cum boni publici incrementis futurum et maiori inde ad perpetuae pacis rationes procurandas necessitudine et vinculo se devinctum iri, Serenitas Vestra polliceatur, longe gratissimo certe affectu animum hunc Serenitatis Vestrae accipimus, a cuius posthac amicitia et benevolentia omnia ea sperare volumus, quae ipsius prudentia, autoritate et promissionibus Regis digna erunt. Cui de caetero longam ac prosperam incolumentem et florentem Regnorum suorum statum precamur. Datae Gedani, die XXVIII mensis Januarii, anno Domini MDC.XXXVI, Regnorum nostrorum Poloniae III<sup>o</sup>, Sueciae vero IV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu:* Praesentatae Haderschleb[iae] die 3 Martii Anno 1636, Rex Poloniae hisce gloriae sibi dicit quod rex Daniae se induciis inter Regna Poloniae et Sueciae initis includi petierit.

a)-b) *manu propria.*

*N. 142.*

*Vilnae, 30 Septembris 1636.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

*(Exemplar)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11 cum his  
principiis variantibus:*

*N. 11.*

Famato Iacobo Andreae, civi  
Gedanensi

*N. 142.*

Famato Gottardo Modelfeldo,  
factori nostro in Colonia

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus  
habebimus

viginti quatuor plaustra maiora,  
vulgo Zolfuder dicta

*Hic in archivo sequitur exemplar litterarum gallice scriptarum, ad Poloniam non attinentium.*

N. 143.

*Varsaviae, 25 Februarii 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro principe Christiano Guilelmo, marchione Brandenburgico, intercedit.  
(Orig., stg.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Non potest latere Serenitatem Vestram, quo statu et fortuna res et dignitas Illustrissimi Principis Christiani Vilhelmi, Marchionis Brandenburgici, Administratoris Archiepiscopatus Magdeburgensis existat, ut merito quemvis Principum ad misericordiam et opem quoquomodo ferendam commoveat. Et nos quidem pro eo affectu, quo et personam Viri, Principis et totam Brandenburgicam domum prosequimur, vehementer calamitati illius indolemus cupimusque antiquo splendori esse restitutum. Sed cum ei quoque patrocinium et authoritas Serenitatis Vestrae praesertim sub hos in Imperio pacis tractatus sit necessaria, eam per nos implorat, petitque, ut Serenitas Vestra illi prodesse velit, quatenus et dignitate et fortunis, quibus sit spoliatus, potiri beneficio horum tractatum et Serenitatis Vestrae intercessione possit. Non dubitamus Serenitatem Vestram, pro communi erga altum sanguinem affectu, id magna cura et cogitatione complexuram, quod nos etiam atque etiam rogamus. Cupimus de caetero Serenitatem Vestram diutissime valere et feliciter regnare. Varsaviae, die XXV mensis Februarii, anno Domini MDCXXXVII, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae V anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus cognatus  
Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Gluckstatt den 25 Julii anno 1637. Rex Polo-*

niae de meliori nota recommendat patrocinium Marchionis Brandenbur-  
gici Domini Christiani Wilhelmi olim administratoris Magdeburgensis.

N. 144.

Varsaviae, 15 Aprilis 1637.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
universis;  
rogat, ut navi suae in Hispaniam missae liber transitus concedatur.*

(*Orig., sig.)* \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

**Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc.**

Universis, Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus,  
nec non Admiraliis marium et classium Praefectis, portuum littorumque  
Custodibus, teloneorum et vectigalium Administratoribus, aliisque omnibus  
in quacunque dignitate et officio constitutis Vicinis et Amicis nostris,  
salutem et benevolentiae nostrae significationem; Subditis vero nostris  
gratiam nostram Regiam.

Mittimus ad loca et ditiones Maiestatis Catholicae navim nostram,  
cuius insigne aquila nigra sub capitaneo seu directore Theodoro Petri,  
cive et subdito nostro Gedanense, cum mercibus nostris propriis illic du-  
cendis et distrahendis, utque alias loco ipsarum comparet et ad nos inque  
portus nostros primo quoque tempore commodo referat. Quo circa ab  
omnibus amice et diligenter postulamus, ut dictam navem nostram cum  
mercibus et vectoribus suis libere, secure ac sine omni impedimento, dif-  
ficultate, arresto aut sequestratione transire, consistere et negociationem  
peragere eaque peracta redire, et, si opus fuerit, eidem de securitate et  
salvo conductu providere ac contra iniuriam et vim praesidio esse velint,  
neque a dicta navi aut mercibus, utpote ad nos ipsos pertinentibus, quic-  
quam nomine vectigalis, telonei, licentiae vel alterius rei exigant, exiguae  
faciant; sed pro more inter Christianos Principes recepto eam liberam et  
immunem ab exactione omni, tam euntem quam commorantem, transeun-  
tem ac redeuntem praestent. Quod a nobis vicissim simili in occasione  
erga unumquemque praestabitur. Subditis vero nostris, secus ne fecerint,  
pro gratia nostra mandamus. In quorum fidem praesentes manu nostra  
subscriptas, sigillo nostro communiri iussimus. Datae Varsaviae, die XV  
mensis Aprilis, anno Domini MDCXXXVII, Regnorum nostrorum Polo-  
niae et Sueciae quinto anno.

**Vladislaus Rex**

Ioannes vom Holtze Guldenbalck d.  
E.A. Secretarius Suae Regiae Maiestatis.

\*) *cfr. A.P.M. VII, I, 166.*

Varsaviae, 25 Aprilis 1637.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de matrimonio suo cum Renata Caecilia ineundo nuntiat atque ad nuptias  
invitat.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Quae summa supremaque Regum ac Regnorum est felicitas, eam Di-  
vino aspirante Numine, pacatis rebus, finibus prorogatis, constituimus  
amplecti. Cum enim connubio progeniem Regum firmari, Regna conservari  
certum sit, in qua illud potissimum Domo ineundum nobis foret, diu sa-  
tisque a nobis expensum. Arriserat primum, quod Serenitas Vestra non  
ignorat, nobis propendentibus, Serenissima Elisabetha Princeps Palatina,  
sed cum illa integrum rationibus aut institutis suis non duceret religioni,  
quam hic leges Ordinesque Regni in solio et potestate esse volunt, con-  
sortium simul et animum suum permittere nobis quoque contra ordinum  
voluntatem aliquid in re, quae publici consilii et consensus est, suscipere,  
et necessitudines Statui ac rationibus Regni adversas inire, fas non esset.  
Ideo alio mentem convertere necessum fuit. Quod itaque rebus nostris  
ac Regnis (Deus bene vertat!), cuius in primis hoc in negocio voluntatem  
ex constanti Senatus nostri consilio populorumque auguriis agnovimus,  
desponsandam nobis in thalami sceptrique consortem Serenissimam Re-  
natam Caeciliam Archiducem Austriae, Serenissimi Imperatoris Ferdi-  
nandi III natu minorem sororem, decrevimus. Cum autem Serenitatem  
Vestram cum hac quoque domo amicitiam religiose colere et variarum  
necessitudinum vinculis eidem adstringi sciamus, non displicebit Sereni-  
tati Vestrae id nos consilii sumpsisse, quod neque a rationibus Regni no-  
stri, neque ab amici Regis voto abhorret. Proinde quemadmodum ad-  
versa, ita laeta quoque, ad Serenitatem Vestram, quam pro coniunctissimo  
ducimus, derivamus idque ei nuntiandum censuimus. Cum vero auspicatis  
hisce nuptiis tempus ac dies sexta mensis Septembries Varsaviae celebran-  
dis sit constituta, pro ea, qua erga Serenitatem Vestram ferimur obser-  
vantia, praesentiam maxime Serenitatis Vestrae exoptamus ac eandem  
invitamus. Spes itaque minime dubia nos tenet Serenitatem Vestram hanc  
festivitatem splendore Personae Suae illustrataram et felicitati nostrae,  
quae Regibus in primis est praecipua et peculiaris, affuturam. Quo demum  
officio eximium suum erga nos amorem testabitur, veteraque et recentia  
studia, quibus Domum nostram Regalem constanter est prosecuta, coro-  
nabit. Cui felicissimos omnium rerum successus, ac diuturnam valetudinem  
comprecamur. Varsaviae, die XXV mensis Aprilis, anno Domini  
MDCXXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae V<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b)

In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu: Praesentatae Gliickstatt die 9 Junii anno 1637. Rex Poloniae Regiam Maiestatem ad solemnitatem nuptiarum invitat.*

a.b) *manu propria.*

*N. 146.*

*Varsaviae, 6 Maii 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
conqueritur a navibus Polonis teloneum extortum esse. Additur specificatio navium regiarum litteras passus habentium.  
(Orig., sig.) \*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

*Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.*

*Cum naves nostras bellicas militaribus usibus occupare pax vel induciae cum hoste pactae non permittant, ideo ne ocio aut situ corrumperentur, aut ad nihilum redigerentur, eas ad negociationem exercendam transferri iussimus. Qua de re iam antea Serenitati Vestrae significavimus, simulque amice ab eadem petiimus, ut dictas naves nostras mercibus itidem nostris oneratas absque telonei et vectigalis praestatione per fretum transire Serenitas Vestra permetteret. Nunc vero non solum teloneum, neque illud tantummodo ordinarium et consuetum, sed etiam duplum ab iis extortum esse Admiralitas nostra nobis exponi fecit, excusatione absentiae Serenitatis Vestrae telonariis tunc utentibus et restitutionem promittentibus, si Serenitas Vestra concederet. Hac fiducia aliae naves nostrae superiore autumno transiere, quarum aliquae ad alterum tantum solendum, quantum nationum aliarum homines pendunt, compulsae sunt: a quibusdam vero dimidium quidem minus captum est, praeter hoc tamen unum pro centum ex precio mercium simul oneratarum extortum fuit. Quocirca, si a mutua amicitia impetrari non potest, ut naves mercesque nostrae absque telonei persolutione fretum Serenitatis Vestrae transeant, non speramus tamen viores nos apud Serenitatem Vestram futuros, quam est privatus quisque, et nullo respectu nobiscum apud Serenitatem Vestram comparandus: ideoque a Serenitate Vestra diligenter petimus, ut nostras naves mercesque posthac dupli aut insoliti telonei praestatione onerari vexarique non iubeat aut permittat: illud vero, quod praeter fas aut morem iam exactum est, navium nostrarum capitaneis sive magistris restitui praecipiat. Qua de re nostroque nomine apud Serenitatem Vestram, et ubi opus illic praeterea fuerit, agendi negocium dedimus nobili Carolo a Crakow, qui capitaneorum nostrorum, in quos vis aut molestia haec exercita est, nomina exhibebit; cui in posterum etiam navium nostrarum inspectionem et curam ibidem commisimus, eoque in officio nobis praestando illum Serenitati Vestrae commendamus. Ac ne quae fraus admitti possit, neve aliquis speciem titulumque capitanei aut navis nostrae sibi usurpet, capitaneis, navibusque nostris literas passus a nobis subscriptas signatasque damus. Maioris item certitudinis causa specificationem, et*

nomina nostrarum navium simul et capitaneorum seu ductorum hisce includi fecimus, quibus ne iniuria aut molestia moraque inferatur, sed potius humaniter benevoleque nostri gratia cum iis agatur, et Serenitatis Vestrae perpetua erga nos ac praeclera semper voluntas iure spondet, et nos pro mutua fiducia a Serenitate Vestra enixe contendimus; cui longam prosperamque incolumitatem et felicissimum Regnorum statum, rerumque omnium successum precamur. Datum Varsaviae, die VI mensis Maii, anno Domini M.DC.XXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae V, Sueciae vero VI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Glückstatii 20 Augusti 1637.  
Rex Poloniae petit naves suas et merces insolito teloneo non gravari etc.*

a)-b) *manu propria.*

\*<sup>1</sup>) *cfr. A.P.M. VII, I, 168.*

*In alio folio adiuncto:*

Specificatio Regiarum nostrarum navium,  
quae omnes sigillatim literas passus habent.  
Navis dicta S. Iacobus, cui praeest Iacobus Pauli Helt  
Item Navis cum cognomine et insignibus dicta Venator, cuius duxor sive  
capitaneus Petrus Iacobi  
Item Navis dicta Stella, sub ductu Hieronymi Schonderman  
Item Navis dicta Propheta Samuel, sub ductu Iacobi Petersen  
Item Navis dicta Aquila Nigra, sub ductu Didrici Petersen  
Item Navis dicta Luna, sub ductu Petri Martens  
Item Navis dicta Fortuna, sub ductu Thomae Iansen  
Item Navis dicta S. Petrus, sub ductu Vilhelmi Iansen  
Item Navis dicta Aquila Alba, sub ductu Nicolai Backer  
Item Navis dicta Uva, sub ductu Laurentii Censen  
Item Navis dicta Sacrificium Abrahae, quam duxit Petrus Honig  
Item Navis dicta Canis marittimus, sub ductu Henrici Oloffson  
Hi omnes magistri navium seu ductores sunt cives Gedanenses.

N. 147.

*Varsaviae, 30 Maii 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
iterum conqueritur, quod naves Gedanenses duplicati telonei solutione  
gravatae sint.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Post patefactam Civitatis nostrae Gedanensis innocentiam, quae ob classicae alicuius expeditionis suspicionem duplicati thelonie solutione in freto Danico immerito plectebatur, credebamus mandato Serenitatis Vestrae ad intercessionem nostram, tam per literas quam per Magnificum Castellatum Vendensem Legatum nostrum repetitam, a tam gravi et enormi exactione absolutam fuisse. Verum cum querulas ad nos preces hucusque transmittere non cessent, iamque non enormis tantum detrimenti, sed alicuius etiam ignominiae pondus ferre videantur, quod inter omnes gentes et nationes Gedanensibus solis gravior et deterior conditio per Serenitatem Vestram sit reicta, nos vero longe alienam esse Serenitatem Vestram ab eiusmodi gravaminibus subditis nostris imponendis persuasum habentes; praesertim cum nos erga subditos Serenitatis Vestrae singulari utamur benignitate, tantum abest, ut prae aliis graviores exactiones sustinere cogantur, civitatis quoque Gedanensis innocentia satis superque deducta et per nos toties declarata sit; cum non illis directio classis Regiae tempore illius Vismarianae expeditionis, sed ipsi desideratissimo Parenti nostro competitorit, ut prorsus ab omni culpa immunes sint; proinde daturam Serenitatem Vestram cum iustitiae et aequitati, tum mutuae benevolentiae nostrae optimaque vicinitati merito arbitramur, ne talium exactionum facto subditos nostros amplius gravari et commerciorum usum iuraque societatis praepediri ac violari permittat. Quod a Serenitate Vestra dum diligentissime postulamus, ita quidquid gratiae et clementiae civitati nostrae Gedanensi, quam propter praeclera erga nos merita singulari gratia complectimur, a Serenitate Vestra praestitum fuerit, totum id amicitiae ac intercessioni nostrae concessum esse putabimus magnique offici loco accepturi sumus. Quam inter prosperrimos rerum successus diutissime valere exoptamus. Datum Varsaviae, die XXX mensis Maii, anno Domini MDCXXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae VI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Gluckstatt den 17 Junii anno 1637. Regis Poloniae intercessionales pro Civitate Gedanensi.*

*a)-b) manu propria.*

*N. 148.*

*Varsaviae, 27 Iunii 1637.*

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
conqueritur, quod vinum per fretum Danicum transvectum vectigalium  
exactione oneratum sit.*

*(Orig., sig. Hoc documentum nunc translatum est post documentum,  
quod numero 191 signatur.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Serenissime et Potentissime Princeps,  
Domine, Cognate observandissime.

Intelleximus, non absque molestia, vim et ignominiam quodammodo  
nomini atque dignitati nostrae inferri ab administratoribus telonei seu

vectigalis Maiestatis Vestrae, qui vinum, pro usu nostro adferri iussum, insolitae indignaeque exactionis gravamine onerarunt: quibus non iniuria suffecit, nisi etiam vilipendio statum nostrum violarent. Sane gratius quidem et optatius nobis fuisse diu superstitem videre Serenissimum Regem ac Parentem nostrum desideratissimum, eiusque paterno beneficio in omnibus frui; cum vero singulos liberorum ad proprias curas et impensas familiares mors paterna divisiterit, iniqua aestimatione erga nos, tanquam partem alienae aulae utuntur telonarii Maiestatis Vestrae. Quare enixe a Maiestate Vestra petimus, ut eisdem severe imperare velit restitutionem eius, quod sive telonei sive licentiae vel alterius nomine exactum et extortum est negociatori nostri vinario vel eius mandatario. Qua in re Maiestas Vestra et suae erga nos benevolentiae suoque de Regiae domus stirpe Regio iudicio, nostraequae simul expectationi et existimationi merito satisfaciet. Cui longam incolumitatem et felicem Regnorum statum a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXVII mensis Junii, anno Domini MDCXXXVII<sup>mo</sup>.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

benevolus cognatus  
Ioannes Casimirus.

N. 149.

Varsaviae, 17 Septembris 1637.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro legato ad nuptias suas misso gratias agit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Affectum Serenitatis Vestrae erga nos constantem, cum ex literis, tum praecipue ex sermone Generosi Domini Taggonis Totten, Serenitatis Vestrae ad nos sub nuptias nostras missi Legati, abunde cognovimus, cuius quidem adventus in primis nobis fuit gratus et iucundus eam vel maxime ob causam, quod ab amico et benevolo Rege venerit ac verbis luculentis, quantam voluptatem ex praesenti connubio nostro Serenitas Vestra percipiat, confirmaverit. Habemus igitur Serenitati Vestrae eo nomine gratias, quod nominis sui amplitudine nuptias nostras illustrarit, parem voluntatem et affectum nostrum Serenitati Vestrae in quibusvis iucundis ac incrementum Domus Danicae continentibus occasionibus Serenitas Vestra agnoscat. Precamur vero Serenitati Vestrae, ut ipsa ac tota illius Inclita Domus secundis successibus diutissime perfruatur ac laetetur. Quod fuisus Serenitati Vestrae idem illius Legatus contestabitur, quem eo honore habuimus et dimisimus, quo amicissimi Regis Legatum par erat affici. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae studia nostra et officia deferimus. Varsaviae, die XVII Septembris, anno Domini MDCXXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae V, Sueciae vero VI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) benevolus frater  
Vladislaus Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae gratias agit de missis ad nuptias suas legato.  
Datum 7/17 Septembris 1637.*

a) b) *manu propria.*

*N. 150.*

*Varsaviae, 15 Octobris 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. N. 11, cum his  
praecipuis variantibus:*

*N. 11.*

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus ha-  
bebimus

*N. 150.*

Famato Gottardo Modelfelds,  
factori nostro in Colonia

viginti quatuor plaustra maiora  
vini Rhenani, vulgo Zolfudder  
dicta

*N. 151.*

*Varsaviae, 27 Decembris 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
vehementer conqueritur, quod duae naves suae vim in Dania passae sunt.*

*(Orig., sig.) \*)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Do-  
mino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Exorta nuper de repente ad portum nostrum Baltici Maris vis an  
hostilitas, adeo praecipi malo duas naves nostras involvit, ut prius de  
earundem discriminē ac detimento, quam de hoste intellexerimus; nec  
facile, unde venerit, cogitatione nostra sequi poteramus, nisi magistratus

Gedanensis, rei novitate praeter opinionem suam superveniente attonitus, tum et suspicionem facti a se avertere cupiens, id ab armatis Serenitatis Vestrae navibus, ac sub signis eiusdem iuris nostri ac dominii maritimae aemulatione patratum esse, palam nobis fecerit. Qua de re cum et aliunde certiores facti essemus, nihil nobis magis, praeter spem atque expectationem nostram accidere potuit, quam aliquid infestum a Serenitate Vestra aut ditionibus ipsius ad nos proficisci, neque enim nisi benevolia et honorifica omnia a Serenitate Vestra post Regiae Domus arctissimas utrinque necessitudines, post Serenissimi Parentis nostri cum Serenitate Vestra longa et continua foedera, post tot amicitiae nobiscum renovatae argumenta, post tot promissa Regia, intimaeque benevolentiae pignora, magnis et luculentis saepius documentis testata; eius rei fiduciam non obscure Legatus noster Generosus Gerhardus Denhoff retulit, auxit Serenitas Vestra, cum ad Serenissimi filii sui nuptias nos praecipuo honore studioque invitaret; confirmavit alter Legatus noster Generosus Nicolaus Korff, Castellanus Vendensis, qui non solum singularis erga se humanitatis, sed etiam erga nos amicissimi ac devinctissimi animi testimonia a Serenitate Vestra reportavit; stabilivit denique Serenitatis Vestrae Legatus ad nuptiarum nostrarum solennitatem, plenus gratulationis et benevolentiae missus, a nobis loco, honore Regio acceptus, et pari humanitate dimissus. Quare integris humanis iuribus, salvaque securitate publica et amicitia nostra, nihil grave et acerbum a Serenitate Vestra expectare poteramus, nedum, ut iam inopinata iniuria atque hostilitas ad nos portumque nostrum navigaret, noctisque insidiis adversus duas naves hominesque et dignitatem nostram uteretur; digna res tenebris, nisi ultra ipsas durasset, nihilque eorum palam et interdiu omisisset, quae rei acerbitatem atque indignitatem augerent; tormenta nostra aliaque nautica instrumenta, resque et scripturas nauticas auferendo, hominesque in vincula et compedes coniiciendo ac, quod nonnisi cum summo dedecore nostro fieri potuit, arma atque insignia nostra e navium fastigiis et honoris nostri veluti sedibus detrahendo, ac quidquid durioris libuit, non parcendo. Novum sane et inauditum iam diu iniuriarum exemplum, ac non amicis vicinisque modo indignum, sed neque barbaris consuetum: tametsi vero aliquid in nostris subditis hominibusque Serenitas Vestra votis rebusque suis adversum aut grave alicunde accepisset, dignum nihilominus ac consentaneum erat, nos iudicio aliquo epistolave moneri, quorum sane quodlibet, aut omnia pulchrius aut innocentius appellere et in portu nostro pernoccare potuissent, quam vis et apparatus bellicus ac reipsa hostilis, maior certe et validior, quam quidquid in nostris duabus navibus aut earum conatibus viribusque fuit. Hoc amicitia et coniunctio mutua pollicebatur; hoc veterum et recentium necessitudinum continuatio merebatur adeoque mos legitimus Christianorum Principum et Regii nominis similitudo et societas postulabat, ac denique ius fasque monebat, ne praesertim ante hostilitatis claram apertamque denuntiationem ad belli contentionem vimque armatam descenderetur. Quod si vero eam contra nos et naves nostras vim ac licentiam absque scitu, consensu, iussuque Serenitatis Vestrae, sub insignibus tamen eiusdem aliqua privata temeritas attulit, iustum profecto ac necessariam adversus pyratam et latronem, sub titulis signisque Serenitatis Vestrae irruentem et maleficium omni supplicio dignum, violenter exercentem, querendi et expostulandi causam habemus, ideoque iustitiam et vindictam de eo a Serenitate Vestra merito poscimus et flagitamus. Testabitur Serenitas Vestra Regibus ac Principibus ac Gen-

tibus, iura humanitatis fideique colentibus, se non praedonibus ac pyratis navalia extruxisse, vel iis autoritatem et fiduciam praestare, aut patrocinium exhibere, si tale de authoris poena exemplum palam statuat, quod sinistram omnem opinionem perniciosaequem alicuius factionis communio nem, procul a dignitate et innocentia Serenitatis Vestrae amoveat. Hoc vero ita existimationis famaeque utrinque nostrum interest, ut nisi eo pro meritis punito, neque aequitas gloriaque Serenitatis Vestrae neque nostra Maiestas iuraque salva et integra esse possint. Contestabitur praeterea Serenitas Vestra se amicitiam toties contestatam sincere colere et sancte observare, si eam in nobis impune laesam et violatam non patiatur; agnoscemus et nos non verbis aut promissis pristinam necessitudinem aut coniunctionem coaluisse et stetisse, si flagitium facinusque tantum et vim illatam non inultam dimittat, sed nobis pariter et toti Christiano orbi, huius rei spectatori, documentum edat, Regem amicum amici Regis iniuriam pro dignitate et merito vindicasse; in aliis vero rebus navibusque nostris, quae in Daniam abductae sunt, restituendis, ac damnis sacerdidis talem rationem habuisse, ut honoris nostri reparatio non tarde leviterque facta videatur; nam nos quidem alienae temeritati aut subornationi facinus hoc assignare hactenus maluimus, diuque a rumoribus publicis ac dubitatione nostra pendebamus, cum magis magisque rei confusae indicia erumpere cooperunt, et magistratus Gedanensis, in quem maxime suspicio inclinabat, illud a se omnino et a spe atque expectatione sua omni recentibus literis amovit. Quo maior nos admiratio tenuit Serenitatem Vestram vel aliorum querelis hoc dedisse, nobis ante omnia non requisitis, arma et bellum promiscuae accusationi praestitisse, vel sibi iuris aliquid in portibus ac littoribus nostris ad licita et legitima Regni nostraque commoda impedienda attribuisse. Cum vero non ignara sit Serenitas Vestra, dum eadem ab anno 1627 a nostris subditis Gedanensibus duplo maius caeteris adnavigantibus thelonium seu vectigal maritimum exigi faceret, nihil turbulenti a nobis cogitatum, sed civiliori literarum officio, ad parem caeteris conditionem in subditos nostros ferendam Serenitatem Vestram invitatam fuisse. Interea vero cum nos eo iure, quo eadem, quo alii Principes ac Respublicae intra suae potestatis ac jurisdictionis spatia utuntur, non minore autoritate, lege ac more utamur, unde eius rei iudicium aut patrocinium ad se pertinere putet, non videmus, praesertim cum nos domi et in sinu Regni nostri tam a violentia tutos quam ab alio omni praeiudicio cuiusvis Principis, immunes ac inviolatos esse, ac regnare debere, ius fas que gentium loquatur; nam si quid machinatrix odiorum invidia in Springios Fratres, subditos ac ministros nostros, apud Serenitatem Vestram composituit, quasi verbis acerbioribus in culmen Regiae Maiestatis involassent, et si id longe alienum a fortuna conditioneque eorum esse, neque in cultu ac veneratione nominis Regii peccare eosdem potuisse arbitramur, attamen nec talis impunita fuisset eorum licentia, si per delatores obiecti facinoris victores ne ea multa foret, Serenitas Vestra a nobis postulasset, nec privatam cum publica iniuria tam praecipi periculo, nostraque maritimae potestatis cum violatione miscuisset. Cuius rei atque adeo facti tam violenti excusationem, cum dispicere non possimus, dignum vel pristinae amicitiae necessitudine vel Regiae iustitiae debito famaque Serenitas Vestra fecerit, si diminutam ob intermissum in nos officium existimationem suam a rumoribus publicis vindicet, remque legitimo iuri ac libertati, quae citra cuiuspam praeiudicium, dominium maris littora Regni nostri

alluentis exercentes, nos et Respublica utimur, ad morem iusque aliorum Principum ac Rerumpublicarum consentaneis et honorificis erga nos et dignitatem nostram modis, mature pleneque restitutat. Quod superest, Serenitati Vestrae longam prosperamque incolumentem et foelicem Regnum statum a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXVII mensis Decembris, anno Domini M.DC.XXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae V, Sueciae VI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae super abductis suis navibus. Praesentatae 21 Januarii 1638. Christian Friess.*

a)-b) *manu propria.*

\**cfr. A.P.M. VII, II, 215.*

N. 152.

*Varsaviae, 29 Decembris 1637.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de eadem re.*

*(Orig., sig. cum allato exemplari epistolae Nicolai Kock.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc., Cognato et Vicino nostro charissimo, salutem et omnis foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Postquam nostra ad Serenitatem Vestram iam scriptae signataeque essent, allatae huc sunt a Kochio Gedani datae literae, quibus ille a Serenitate Vestra se et missum, et easdem scripsisse asseverat. Indignum quidem erat, ut a tali homine post patratum tam enorme facinus, quod ab initio statim inditio trepidantis memoriae, ut solet trepidum esse scelus, prodidit, reciperentur; recipi tamen fecimus, ut eo clarius Serenitati Vestrae ex adjuncto hisce nostris exemplari pateat, argumenta iniuriarum deinceps immerito cumulari, dum hactenus insolito ac indigno inter Reges agendi more, nos a tam vili homine monitos aut cautos esse, eiusque libidine ac temeritati dignitatem honoremque nostrum committere, ipsa vero silentio omnia praeterire Serenitas Vestra velle videtur. Quod nobis post tot amicitiae mutuae contestationes plus quam mirum insolensque visum, et adhuc aestimatu difficile est. Nam etsi quid contumeliose in Serenitatem Vestram Spirigius, quem theloneo in portu et sinu nostro exigendo, pro iure ac dominio nostro, legitimate praefecimus, locutus fuisset, aut violen-

ter subditos Serenitatis Vestrae tractasset, quae nunc summa querelae totius est, tamen non repente naves resque nostrae oppugnandae et diripiendae abducendaeque erant (praesertim cum fateatur emissarius iste Spieringum iam in navibus non fuisse), neque nos ipsi ignominia et iniuria afficiendi eramus, sed apud nos uti subditus et minister noster in iudicio postulandus accusandusque erat; nam et ius hoc nobis debebatur et legitima simul potestas administrandae iustitiae iurisque notitia ac discrimen apud nos est, et erga omnes habetur et nunc pro rerum momentis ac circumstantiis habitum fuisse, erga amicum et devinctum adeo hucusque Regem, si de more rite atque ordine requisiti fuissemus; et sane convitiis ac probris, quae nondum comprobaverat, honestius ac decentius abstinere et nominis ac dignitatis nostrae in Ministro nostro rationem habere, homo a nobis beneficiis praemiisque nulla aut dubia ob merita affectus, potuisse; quia tamen is erga naves nostras, negotium et mandata nostra, iure moreque legitimo exequentes, adeo acerbe et hostiliter se gessit, et easdem ignominiose spoliatas per vim abduxit. Injuriam hanc aequitati simul et severitati Serenitatis Vestrae cum ea fiducia et honoris nostri asserendi vindicandique necessitate ac respectu committimus, qui Regi de Rege esse debet, ut rerum omnium plenam et honorificam satisfactionem re ipsa agnoscamus. Prosperam de caetero valetudinem Serenitati Vestrae precamur. Datum Varsaviae, die XXIX mensis Decembris, anno Domini MDCXXXVII, Regnorum nostrorum Poloniae V, Sueciae VI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae, indignatio super litteris Domini Nicolai Koch, praesentavit Christian Friess 21 Januarii 1638.*

a)-b) *manu propria.*

Allerdurchlauchtigster, grossmechtigster könig, allergnädigster herr. Ewer Königlichen Maiestat, meinem allergnadigsten könige undt herren<sup>1)</sup>, kan ich in aller underthänigkeit nicht verhalten, dass ich wegen dess Spierings<sup>2)</sup> seines unrechtmässigen beginnens alhier auff der Dantzkerne rhede, aldar er troziger weise auff ihre königliche maiestet in Dennmarken mit gar schmehlichen undt schimpfflichen reden nicht allein debachiret, sondern auch deroselben maiestet underthanen in der sehe ubel getractiret, dieselben wegen dess ungewöhnlichen sehezelles for Dantzigk beraubet undt bestolen, undt sich öffentlich genennet eines beschüzer undt herren der Ostsee undt knipchen geschlagen, sagende, dass ist for den dänischen könig. Welchess dann entlich veruhrsacht hadt, dass ihre mayt. etzliche schiffe aussgeschickt hatt, ob etwa solcher herr der Ostsee möchte ihrer mait. zum forschin gebracht werden, er hatt sich aber heimlich daruon gemacht.

Ihre königliche mait. in Dennmarken haben sich wegen dess Spierings nicht genungsamb verwundern können, dass der böse mensch,

der sein leben lang in der weldt nictes gudtes angerichtet hadt, unndt durch diese ietzige gelegenheit Euer Kön. Mayt. mit ihrer maiestet in Dennemarcken in unwillen undt feindtschafft hadt einführen wollen. Derwegen lassen ihre kön. mait. zu Dennemarcken Ewer Königliche Mait. for dem leichtfertigen Spiering warnen, weill er gedencket christliche potentaten an einander zu hezen, sonst werden ess E.Kön. Mait. künfftig an demselben bösen man, dem Spieringk, alle unlust undt confusion (welchess Godt verhüte) erleben. Welchs E.Kön.Mait., meinen allergnädigsten könige undt herren, ich, meiner gebuerenden trewe nach, nicht habe bergen können.

Dieselbe gotlicher bewahrung zu allem hohen kön. wollstande treulichen befehlende. Gegeben in Dantzig am 5. December 1637.

E.Kön.Maiestet  
underthennigster  
getreuer diener  
Nyckel Kock  
genhandt.

1) *In 1635 N. Kock in Polonia nobilitatus fuit.*

2) *Abraham, Arend, Isak seu Theodor Spiering.*

N. 153.

Varsaviae, 4 Augusti 1638.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. 11 cum his  
praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus ha-  
bebimus

N. 153.

Famato Gottardo Modesfelds,  
factori nostro in Colonia

viginti quatuor plausta maiora  
vini Rhenani vulgo Zolfudder  
dicta

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Haffniae die 21 Aprilis per dominum secre-  
tarium Windium anno 1639.*

Varsaviae, 29 Iulii 1639.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Epistola eiusdem tenoris et quasi eiusdem formae ac doc. 11, cum his praecipuis variantibus:*

N. 11.

Famato Iacobo Andreae,  
civi Gedanensi

tot vasa vini Rhenani, quot pro  
conditione nostra Regia opus ha-  
bebimus

N. 154.

fidei et industriae Famati Joa-  
nis Klokker, factoris nostri, ci-  
vis Gedanensis  
viginti quatuor plausta maiora  
vini Rhenani, vulgo Zolfudder  
dicta,

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae die 6 Januarii anno 1640 Haderschlebiae.*

N. 155.

Varsaviae, 20 Ianuarit 1641.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Textus quasi identicus ac N. 154 cum nomine aliter scripto: Klokner. Cjr.  
etiam N. 180.*

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Schreiben an die oresundische Zöllner umb in gewonlich  
zolfrei gelasse die[s] a) auch frei durch zugestatten.*

*Item alia manu: Först personers winbreffue.*

a) *lectio incerta.*

Popowo, 19 Octobris 1641.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de [Maria Eleonora], vidua Gustavi Adolphi et electoris Brandenburgici  
amita, omnibus fortunis et mediis destituta.  
(Orig., sig., cum exemplari epistolae ad electorem Brandenburgensem  
addito.)*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Innotuit nobis et universae Europae voluntarium e Regno Sueciae exilium eius, cui nos natalium et consanguinitatis iura, seposito omni status et hostilitatis respectu, bene velle impellunt. Compatimur itaque tanti nominis Viduae, non marito solum, sed et Regno orbatae, regium siquidem arbitramur fortunam afflitorum, etiam hostium suffulcire, quanto magis sexum per se imbecillem et impotentem fovere. Excitat nos ultra Serenitatis Vestrae prius exemplo quam litteris interposita authoritas, et contestata nobis per Generosum Bernhardum a Waldok constans veteris amicitiae continuatio. Proinde nulla intermittemus officia, quae vel reciproco nostro erga Serenitatem Vestram affectui, vel afflictae Principis solatio tribuenda iudicaverimus. Quin imo sine mora nostras ad Serenissimum Electorem Brandenburgicum damus literas, cohortando eius dilectionem ad debitam praetensorum onerum exsolutionem, ac condignum Amitae, omnibus (uti Serenitas Vestra iudicat) mediis sustentationis, convenientis natalibus, destitutae, fulcimentum. Postquam vero a praenominato Serenissimo Electore responsum nobis fuerit, communicare ulterius de hoc negotio cum Serenitate Vestra non negligemus, donec testatum fecerimus, quo loco Serenitatis Vestrae desideria, ac interpositionem ponamus, a cuius constanti et sincero animo interpositam vicissim bonae vicinitatis et cognationis stipulationem, nobis re ipsa praestandam, confidentissime expectamus, eandemque diutissime valere et prosperrime regnare optamus. Datum in Popowo, die XIX mensis Octobris, anno Domini MDCXLI, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae in castris Fulsbuttelianis die 20 Novembbris anno 1641. Rex Poloniae promittit quod Electorem Brandenburgensem exhortari velit ad opem Reginae Sueciae viduae ferendam.*

a)-b) manu propria.

Ad Serenissimum Electorem Brandenburgensem.

Serenissime Princeps, Domine, cognate et frater noster charissime.

Vix Serenitas Vestra a nobis discesserat, cum supervenit a Serenissimo Daniae Rege ablegatus Generosus Bernhardus a Waldok cum eiusdem Regis literis, amice a nobis postulantis, vellemus nostra apud Serenitatem Vestram interponere officia pro Amitae Serenitatis Vestrae dilectione, fortunis exutae et sustentationis natalium splendori convenientis mediis destitutae. Ad quae paranda repetit a Serenitate Vestra insignes (ita Serenissimus Daniae Rex scribit) praetensiones ratione tam paternae, quam maternae dispositionis promanentes, ad quas evincendas Serenitatem Vestram accedere ac in Borussiam proficisci desiderat. Non latet nos Serenitatis Vestrae aequanimitas et erga proprium sanguinem naturalis compassionis affectus. Quapropter facile in id consensimus, ut praesentes litteras ad Serenitatem Vestram daremus eamque hortaremur, velit eiusmodi praetensionum iustum rationem habere, et praenominatam Amitam Serenitatis Vestrae in hac afflita fortuna consanguinea dextera sublevare, quomodo necesse ei sit propositum in Prussiam iter ingredi et Serenitatem Vestram maiori cum dispendio sumptuum accedere. Quod si vero Serenitas Vestra sive contra eiusmodi praetensiones habeat, quod inferat, seque minime illis stringi arbitretur, sive connato amori cedendo tanti nominis Orphanae succurrere vulerit, nos pro suo filiali affectu certiores reddet, quo ulterius de hoc negotio cum Serenissimo Daniae Rege communicare nostrorumque officiorum promptitudinem eius Serenitati testari possimus. De caetero Serenitati Vestrae bonam valetudinem felicesque rerum successus ex animo precamur. Datum in Popowo, die 19 mensis Octobris, anno 1641.

N. 157.

Varsaviae, 6 Decembris 1641.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de eadem re.*

*(Orig., sig. Sequitur in archivo exemplar eiusdem epistolae.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Dominino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine charissime.

Post longiorem quam expectassemus deliberationem accepimus responsum Serenissimi Electoris Brandenburgici, in quo luculenter affectum suum erga Serenissimam Dominam Amitam suam contestatur, seque misse ad Eius Dilectionem scribit, cum sufficienti voluntatis suae promptissimae in sublevandis eius rationibus declaratione. Id nos uti promiseramus, Serenitati Vestrae illico significare voluimus, adjuncta promptitudinis officiorumque nostrorum contestatione, quibus Serenitas Vestra libere utatur, fruatur. Porro cum Generosus Wolfgangus Baudisius, intima Cameræ Nostræ familiaris, certorum negotiorum causa in ditiones Serenitatis Vestrae proficiscatur, ei hasce litteras nostras ad Serenitatem Vestram deferendas tradidimus, simulque commisimus oretenus nostrum

erga Serenitatem Vestram fraternum affectum et mutui amoris efficaciter conservandi propagandique desiderium explanare. Qua in re plenam apud Serenitatem Vestra praenominatus Camerarius noster fidem inveniet. Nos vero Serenitati Vestrae diuturnam valetudinem ac prosperrimos longaevi imperii annos amice precamur. Dabantur Varsaviae, die VI mensis Decembris, anno Domini MDCXLI, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Gluckstati 1 Februarii 1642. Rex Poloniae per Wolfgangum Baudis mittit responsum Electoris Brandenburgici \*), et testatur de suo affectu: juxtaque explorat velitne Rex Daniae ipsi assistere contra Dantiscanos.*

a)-b) *manu propria.*

\*) *Desunt litterae electoris Brandenburgici.*

N. 158.

*Varsaviae, 26 Martii 1642.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de eadem re.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Ultimas, quas a Serenitate Vestra habuimus, literas Serenissimo Electori Brandenburgico communicavimus eumque iterum adhortatione Nostra paterna excitavimus, ad hoc responsum dandum, cuius exemplar Serenitati Vestrae amanter transmittimus. Videbit Serenitas Vestra haud refragam postulationi cognatae Principis mentem, immo paratum id, quod ius et aequitas exigerit a), praestare affectum b). Pro sua itaque prudentia et aequanimitate, ita Serenitas Vestra inter unius desiderium et alterius sat promptum iuri et aequitati obsequium moderabitur, ut uterque intelligat tam aequi arbitri inter cognatos conveniens iudicium. Nos porro Serenitati Vestrae optimam valetudinem et diuturnum florensque Regnorum precamur imperium. Dabantur Varsaviae, die XXVI mensis Martii, anno Domini MDCXLII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

c) bonus amicus  
Vladislaus Rex d).

a) *sic in ms.*

b) *syntaxis confusa.*

c)-d) *manu propria.*

Varsaviae, 25 Aprilis 1642.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro quibusdam civibus Gedanensibus, quorum merces in freto Oresundico  
fisco applicatae sunt, intercedit.  
(Orig., vest. sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Intercessimus antehac apud Serenitatem Vestram pro Famatis Georgio Stamberger et Ioanne von Amster, civibus Gedanensibus, subditis nostris, ut benignitate Serenitatis Vestrae sublevati merces suas proprias, viginti nempe lastas siliquinis, recuperarent, quae anno 1635 in Oresundo e Petri Jansen Doncker Gluckstadiensis navi, cum ea ob praetensem falsi crimen circa litteras liberi passus Serenitatis Vestrae per praefatum Nauclerum commissum, fisco applicata fuit una cum reliquis mercibus, quibus eadem navis onerata erat, receptae et in fiscum redactae fuerunt. Neque enim praedicti subditi nostri ullius culpa argui possunt, qui praememorato Nauclero, Serenitatis Vestrae subdito, merces suas alio devehendas commiserunt. Neque Naucleri istius excessus (a quo tamen postmodum absolutus fuit) ipsos gravare potuit, sed paena merito authorem manet. Cum vero praefati Stambergeri, iam defuncti, successores et haeredes una cum Ioanne von Amster, qui inopinato hoc casu praeter culpam suam maximam fortunarum iacturam se pati lugent, nobis denuo humillime supplicarint, ut iteratis intercessionis nostrae ad Serenitatem Vestram litteris ipsis subveniremus. Nos supplicantum calamitate et rei aequitate permoti, enixis ipsorum precibus deesse noluimus. Ac proinde Serenitatem Vestram hisce amanter denuo rogandam duximus, ut praefatorum subditorum nostrorum benignam rationem habere, ac gratia clementiae sua eos sublevare velit, quo iustum pro mercibus suis, viginti nempe lastis siliquinis pretium, plenamque eo nomine satisfactionem obtineant, nec ulterioribus difficultatibus et impendiis implicantur. Neque dubitamus Serenitatem Vestram cum rei aequitati tum iteratae huic intercessioni nostrae id daturam, quo praefati subditi nostri voti compotes reddantur. Nos vicissim pari gratia et benevolentia Serenitatis Vestrae subditos complectemur et fortunae adversitate pressos iuvabimus. De caetero Serenitatem Vestram diutissime valere optamus, Nostrumque illi constans studium deferimus. Datum Varsaviae, die XXV mensis Aprilis, anno Domini MDCXLII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

c) bonus frater  
Vladislaus Rex b)

a)-b) manu propria.

N. 160.

Varsaviae, 23 Iulii 1642.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Wolfgangum Baudissin cubicularium suum, generalem exercituum, com-  
mendat.

(Orig., autogr., sine sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime Rex, Cognate ut Frater charissime.

Retulit nobis Generalis Wolfgangus de Baudisio, intimus noster cubicularius, fraternum et benevolum erga nos et Regnum nostrum Maiestatis Vestrae animum, quem ut nobis gratissimum fuisse ostenderemus, et nos mutuo affectu iura fraternitatis et vicinitatis cum Vesta Serenitate sancte colere et ad incrementum Regnorum nostrorum, imo totius orbis Christiani, firmiter conservare velle declararemus: ideo mittimus praedictum nostrum cubicularium, voluntatis et cogitationum nostrarum interpretem, qui fusius omnia nostra desideria Vestrae Serenitati exponet, cui ut Vesta Serenitas in omnibus fidem tribuat et tuto omnia ipsius dexteritati committat, fraterne rogamus; et ut Serenitati Vestrae ab immortali Rege vitam prolixam, sanitatem constantem, imperium tutum et felices consiliorum successus ex animo exoptamus, qui sumus semper Maiestatis Vestrae

bonus cognatus uti frater

Vladislaus Rex.

Varsaviae 23 Jullii <sup>a)</sup>, anno Domini 1642.

a) sic in ms.

N. 161.

Varsaviae, 25 Iulii 1642.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
per [Wolfgangum] Baudissin, cubicularium suum in Daniam proficiscen-  
tem, salutationes transmittit, aliquot equis dono adiunctis.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Do-  
mino Christiano IV Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Cum nihil magis cordi habeamus, quam praeclarum nostrum erga Serenitatem Vestram studium saepissimis officiis et argumentis declarare, faciendum nunc quoque data occasione per generalem Baudusium, ad Se-  
renitatem Vestram in negotiis suis proficiscentem, duximus; cui in man-  
datis dedimus, ut praemissa amica salutatione benevolentiaeque nostrae  
testificatione eidem nostro nomine omnia fausta feliciaque congratuletur,  
nonnullosque equos, quibus delectari Serenitatem Vestram accepimus,  
praesentet, amanter a Serenitate Vesta postulantes, ut ex parvo licet

munusculo, affectus atque propensionis nostrae erga se magnitudinem penset benevoloque animo eosdem accipere velit. Quod nos ita a Serenitate Vestra accipiemos, ut nullam deinceps occasionem testificandi nostri studii praetermissuri simus. Cui de caetero longaevam optimamque valitudinem a Domino Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXV mensis Julii, anno Domini MDCXLII, Regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae vero XI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus et frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae criditif auf den Grl. c) Leutenandt Baudissin präsentatae Kopenhagen 3 Augusti 1642.*

a)-b) *manu propria.*

c) *in ms. Grt.*

N. 162.

Varsaviae, 30 Iulii 1642.

*Vladislaus IV rex Poloniae*

*ad Christianum IV regem Daniae;*

*rogat, ut quibusdam civibus Gedanensibus merces restituantur damnaque sarciantur.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Dedimus nuper intercessionis nostrae literas ad Serenitatem Vestram pro Famati olim Georgii Stambergeri haeredibus et Ioanne von Amster, civibus Gedanensibus, subditis nostris, ut clementia et benignitate Serenitatis Vestrae interveniente, merces suas, viginti nempe lastas siliginis, quae ante aliquot annos e navi Petri Jansen Doncker Gluckstadiensis, cum ea ob praetensem eiusdem naucleri excessum in obtinendis Serenitatis Vestrae liberi passus literis fisco applicata fuit, una cum reliquis mercibus, quibus eadem navis onerata erat, citra omnem ipsorum culpam receptae fuerunt, recuperarent. Cum vero necdum voti sui compotes facti sint praedicti subditi nostri, sed adhuc sub isto calamitatis onere haereant, et novis subinde sumptibus in sollicitanda restitutione mercium suarum graventur, ac proinde nobis supplicarint, ut iterum apud Serenitatem Vestram intercederemus, quo tandem restitutionem viginti lastarum siliginis, plenamque eo nomine satisfactionem ex clementia Serenitatis Vestrae obtinere queant. Eatenus itaque denuo Serenitatem Vestram amanter rogandam duximus, ut gratia et benignitate sua afflictos subditos nostros sublevare, innocentiae ipsorum non minus quam Lubecensium et aliorum, qui merces suas ex eadem navi et eadem occasione receptas iam tum recuperarunt, benignam rationem habere ac demandare velit, quo tandem

sine ulterioribus difficultatibus et impendiis plenaria pro mercibus praefatis satisfactio ipsis praestetur. Erit hoc cum iustitiae ipsi, tum mutuae benevolentiae nostrae consonum; et gratiam hanc subditis nostris contestatam singularis in nos propensionis loco accepturi, ac vicissim subditos Serenitatis Vestrae eadem benignitate, dum tempus et occasio postulabit, prosecuturi sumus. De caetero Serenitati Vestrae prosperam diutinamque incolumitatem a Deo exoptamus. Dabantur Varsaviae, die XXX mensis Iulii, anno Domini MDCXLII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae X.

Vladislaus Rex.

*In margine inf.: List przyczynny do Krola Dunskiego za Potomkami Stambergera y Von Amstera Gdanszanow.*

N. 163.

*Varsaviae, 20 Decembris 1642.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
desiderat, ut Germaniae pax restituatur; de regno suo hereditario [Sueciae]  
cum Christiano IV conferre cupit.  
(Orig., autogr., anulo obsignatum.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Serenissime Princeps, Cognate et Frater charissime.

Simul ex responso Serenitatis Vestrae et relatione generosi Henrici a Baudisin, cubicularii nostri, maxima cum voluptate intelleximus ipsius pariter adventum et, quae <sup>a)</sup> nostro nomine <sup>b)</sup> attulerat, Serenitati Vestrae gratissima fuisse. Quod vero praeterea Serenitas Vestra tam luculenter fraternalm propensionem studiumque suum, tam ad animorum inter nos quam Regnorum coniunctionem <sup>c)</sup>, nobis offert, singulariter nos eam ob rem Serenitati Vestrae obligatos agnoscimus, ideoque diligenter negotium hoc in proximis comitiis consiliariis nostris proponi curabimus. In omni autem casu non eo minus arctam et sinceram amoris et officiorum cum Serenitate Vestra communicationem <sup>c)</sup> observare modisque omnibus continuare semper contendemus; cuique fructum gloriamque illam optaremus, ut desideratam diu Germaniae pacem coniunctis animis studiisque restitutam videamus. Quia vero precipuam in consilio et auxilio fidutiam <sup>c)</sup> ponimus Serenitatis Vestrae, cuperemus sane die locoque ad hoc constituto cum Serenitate Vestra de Regno nostro hereditario, nobis Regiaeque familiae nostrae per iniuriam pridem ablato <sup>d)</sup>, deque toto eo negotio ad debitum et honoratum finem deducendo conferre. Interim Serenitati Vestrae longam incolumitatem et felicissimum rerum statum ex animo precamur. Datum Varsoviae, 20 Decembris, anno Domini 1642.

Serenitatis Vestrae bonus cognatus et frater

Vladislaus Rex.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Copenhagen den 23 Februarii Anno 1643.*

Trägt Verlangen wichtiger Geschäfte halber mit Ihre Mayestät sich zu unterreden.

- a) *in ms.*: que  
b) *in ms.* atulerat.  
c) *sic in ms.*  
d) *in ms.* ablatum.

N. 164.

Varsaviae, 28 Martii 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae*

*universis;*

*de congressu cum Christiano IV in Polonia instituendo; de libero in Poloniā accessu regi eiusque comitatuī praestito.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis, cuiuscunque Status, dignitatis, conditionis et praeeminentiae fuerint, praesentibus literis significamus. Cum hactenus inter nos et Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum Dominum Christianum Quartum, Daniae ac Norvegiae Regem, affinem et fratrem nostrum charissimum, literis ultro citroque amicissime datis, certamen amoris benevolentiaeque mutuae exortum fuisset, eiusque progressu, pro singulari Christiani Orbis incremento, Regnorum ac Provinciarum nobis utrinque subiectarum salute, Domuumque nostrarum Regionum firmamento, securus personarum nostrarum in loco, Imperio nostro subiecto, suaeque Serenitati commodo, congressus, fidumque, semota omni vicinorum et exterorum Principum suspicione <sup>a)</sup>, colloquium suscipi placuisse. Nos, habita procerum et consiliariorum nostrorum matura deliberatione, de consilio et assensu eorundem, praefato Serenissimo Principi ac Domino Domino, Daniae et Norvegiae Regi, liberum ad Ditiones nostras concessisse accessum eiusdemque una cum proceribus, consiliariis, aulicis et quoscunque in comitatum Sua Serenitas assumpserit, cuiuscunque dignitatis, status, conditionis ii extiterint, fidam, tutam ac omnimodam in Regno et Dominiis nostris promisise securitatem, prout eandem praesentibus in verbo nostro Regio et bona fide, nostro et Regni nostri nomine, promittimus, recipimus ac spondemus, ita ut eundem Serenissimum eiusque comitatum, tam in accessu quam regressu, et quoadcunque suaे Serenitati in Dominiis nostris commorari placuerit, non solum liberum, securum, indemnem praestituri, sed et (ut eius honor exigit) decenter habituri omnię observantia, amore et benevolentia prosecuturi simus. Quod ad omnium et singulorum, ad quos praesentes literae nostraे per venerint, notitiam deducentes, easdem in maiorem fidem nostra Regia et consiliariorum lateri nostro adhaerentium, manibus subscriptas, sigillo Regni nostri communiri fecimus. Datae Varsaviae, in Conventu Regni nostri Generali, die XXVIII mensis Martii, anno Domini MDCXLIII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XI anno.

Vladislaus Rex. <sup>b)</sup>

a) *sic in ms.*

b) *manu propria; a solo rege signatum.*

Varsaviae, 14 Aprilis 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
Danielem Schleyer, equitum magistrum, commendat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Unnsern freundlichen grusz und was wir sonst meher liebes und guttes vermögen jederzeit bester massen bevohr.

Durchläuchtigster könig, freündlich geliebter herr oheimb.

Wir sindt der zuverlässigen hoffnung, dass dieses, so wir bey begebenden fällen vor die unnsrigen an Ew. Königl. Würd. wolmeinendt gelangen lassen, nicht allein wol auff undt angenommen, sonndern auch zu wirclichem effect gebracht werde. In solchem gefasten vertrawen haben wir ohne fernerern umbgang hinterbringen wollen, was gestalt unss zeiger dieses, der edle undt mannhaffte unnserer hofe-compagnie dragoner gewesener capitäin, Daniel Schleyer, in der bekannten expedition <sup>1)</sup> wieder den Moscowiter bey vielen occasionen sonnder schewung einiger gefahr, wie einem rechten soldaten undt officirer eygnet undt gebühret, trewlich gedienet undt auffgewartet. Nachmalss aber, wie unnsere lande durch annehmbliche beylegungen in gutten friedem gesetzt, hat er nach erhaltenner beurlaubunge nebenst anderen sein glücke weiter zu erfahren unterschiedene orthe besuchet. Wann er dann anjetzo wieder in unnserem hofe angelanget undt zu newen diensten, weil unnser reich noch in guttem friede, kein absehen haben können, alss hat zu Ew. Königl. Wd., in hoffnung daselbst krieges-bestallung zu erlangen, er sich schleunigst auffgemachet, sein unterhäniges begehrn bestes durch gegenwertige recommendation an- undt beyzubringen.

Mit welcher wir denn Ew. Königl. Wd. freundt-fleissigst ersuchen undt bitten, so viel immer möglich dahin sich zu entschliessen, damit bemelter Daniel Schleyer, wegen unss geleisteter dienste, mit etwa einer obr. wachtmeistergage, dazu er wol qualificiret sein solten, doch ohne unnsrer mass geben unter habenden krieges-völckern, versehen, und also zu geniessung unnserer recommendation gebracht werden möge. Wie wir nu nicht zweifeln, es werde sich Ew. Königl. Wd. hierinnen geneigt erweisen, also versichern wir Dieselbige inngleichen hierbey unnserer jederzeit freundlichen willfähigkeit undt gutten affection, zu deren thätlichen erweisung wir meher nicht alss nur bequäme gelegenheit verwünschen, undt Ew. Königl. Wd. der gewaltigen obacht Gottes zu erspriesslichem ergehen undt erfrewlichen wolstande trewlichst empfelen.

Gegeben in Warschaw den XIV<sup>den</sup> monatstag Aprilis des MDCXLIII. jahres, unnserer reiche dess pollnischen undt schwedischen im eylften jahre.

E.L.

aff. bruder <sup>a)</sup>

Vladislaus Rex

An den König in Dennemarck.

*In dorso: Dem durchläuchtigsten fürsten, herren Christian dem Vierdten in Dänemarck etc. könige etc.*

*Alia manu: praesentatae Gluchssburgh den 18. Maji ao 1643. Der konigh von Pohlen recommendiret seinen gewesenen capitain Daniell Schleyer zuer majeurschafft.*

- a) E.L. ... bruder *manu propria regis*  
1) scil. *expeditio contra Smolenscum 1632-1634*

*N. 166.*

*Varsaviae, 28 Iunii 1643.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Cornificium Ulfeldt, regni Daniae senatorem;  
de restitutione mercium civium Gedanensium, quae in Dania fisco applicatae erant.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc.  
Magnifice, grate, nobis dilecte.*

Posteaquam nobis relatum est Serenissimum Daniae Regem intercessioni nostrae, pro defuncti Georgii Stamberger successoribus et Ioanne von Amster, subditis nostris, interpositae, locum dedisse et viginti lastas silihiginis ante aliquot annos, ob naucleri praetensem excessum in Oresundo receptas, ipsis rursus adiudicasse et restitui mandasse, gratissimum id nobis accidit. Cum vero necdum effectum decreti mandatique Regii, ac realem praedictae silihiginis, sive iusti eius pretii, restitutionem, licet non exiguos sumptus sollicitando hactenus impenderint, a quaestoribus Regiis obtinere potuerint, sed de die in diem magno cum damno detineantur, humillime nobis supplicarunt, ut litteris nostris promotorialibus sibi clementissime subveniremus, quo tandem voti compotes reddantur. Nos itaque, clementissimam supplicantium rationem habentes, cum et pupillorum ea in re salus vertatur, Gratitudinem Vestram hisce benigne requirendam duximus, ut apud quaestores regios autoritatem suam serio interponere et eosdem supplicantibus iuvare velit, quo restitutionem iusti et sufficientis pretii praefatarum viginti lastarum silihiginis quamprimum absque ulteriori mora consequi possint, ut ita et nostrae intercessionis et mandati Regii fructu re ipsa et in effectu gaudere queant. Gratum id nobis erit et gratiam nostram Gratitudini Vestrae vicissim contestabimur. Cui de caetero prosperer valetudinem precamur. Datum Varsaviae, die XXVIII mensis Iunii, anno Domini MDCXLIII<sup>o</sup>, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae XI<sup>o</sup> anno.

*Vladislaus Rex*

*In dorso: Magnifico grate nobis dilecto Cornificio Ulfeldt, haereditario in Eggeschouff Equiti aurato, Regni Daniae Magno Magistro et Senatori Primario, nec non Insulae Moenae Praefecto etc.*

Varsaviae, 4 Augusti 1643.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de conventu inter reges ad commodius tempus differendo.  
(Orig., autogr. vestig. sig., anulo obsignati.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime Princeps, Cognate et Amice charissime.  
Agnoscimus Vestrae Serenitatis constantem erga nos affectum ex eo,  
quod litteris suis declarat nobiscum conveniendi desiderium. Quem con-  
ventum cum gravissimis de causis ad commodius tempus differre <sup>a)</sup> Sere-  
nitati Vestrae visum fuerit, nos eam diem uti summe desideratam amico  
prestolabimur animo, de eaque conferre in Serenitatem Vestram imposte-  
rum non intermitemus. Ne quid in generalibus pacis tractatibus (iam, uti  
speramus, inchoatis) preiuditiosum iuribus utriusque nostrum et Regno-  
rum nostrorum securitati noxiun statuatur, quod Serenitas Vestra legatis  
suis, ut diligenter attendant, imperaverit, nosque, ut idem per ablegatum  
nostrum agamus, fraterne, monuerit, amplectimur eam Serenitatis Vestrae  
benevolentiam et de nostra indemnitate sollicitudinem, cui vicissim pari  
rerum Serenitatis Vestrae studio omni occasione respondere conabimur  
et prudentissimum Serenitatis Vestrae consilium in ablegando Osnabru-  
gam (sed prius ad Serenitatem Vestram) quopiam ex intimis ministris  
nostris, sequemur, et per hunc ipsum fusius cum Serenitate Vestra co-  
municabimus, cui interim prosperrima quaeque precamur uti

Serenitatis Vestrae

bonus cognatus et vicinus  
Vladislaus Rex.

Varsoviae, 4 Augusti, anno Domini 1643.

In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

Alia manu: Rex Poloniae de data 4 Augusti Anno 1643.

De die dicenda congressui utriusque Regis et ablegando a Rege Po-  
loniae aliquo suorum Osnabrugam.

a) sic in ms.

Nowydwór, 18 Octobris 1643.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
litteras securi passus filio Christiani IV, Valdemaro Christiano, concedit.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Do-  
mino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Cognate, Amice et Vicine noster charissime.

Voto Serenitatis Vestrae libentissime succensemus <sup>a)</sup> et non tantum literas innoxii ac securi passus transmittimus, sed etiam Praefectos et Ministros nostros Universalibus nostris stringimus, ut, praevia commodatum itineris accomodatione, omni ope et auxilio praesto sint ad mandata et servitia Illustrissimi Domini Woldemari Christiani Comitis in Stlesvich et Holstein, filii Serenitatis Vestrae. Caeterum desideriorum omnium Serenitatis Vestrae felicissimum effectum precati et prosperae valetudinis ac inoffensum fortunarum Regiarum cursum Serenitati Vestrae peramanter appreciamur. Datum in Nowydwor, die XVIII mensis Octobris, anno Domini MDCXLIII, Regnorum nostrorum Poloniae XI, Sueciae vero XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus frater  
Vladislaus Rex <sup>c)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu:* König von Pohlen überschickt die begehrte Geleitsbriefe vor Graf Woldmarn. Praesentatae Kopenhagen 4 Decembris 1643.

a) *sic in ms.*

b)-c) *manu propria.*

N. 169.

Vilnae, 10 Decembris 1643.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
regis Daniae studium in stabilienda pace collaudat.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Est, cur Orbis Christianus bene speret, optatamque pacis felicitatem sibi spondeat, cum tantum Serenitas Vestra in stabilienda inter Principes Christianos concordia et amicitia studium advertit, omniaque consilia eius eo dirigi videt, ut conciliatis dissidentium Principum animis, mutua foveatur concordia tranquillitasque publica refloreat. Quo enim meliori iudice discordiae hae dirimi vel tractari possint quam eo, qui et a partium studiis alienus et nullo favore imbutus, gravissimis consiliis suis eo facilius feliciusque tam turbulentas seditionum et discordiarum tempestates sedare et almae pacis statum firmare poterit. Et licet res aliter ac sperabamus accidit, negotiumque hoc ad praesens ex voto Serenitatis Vestrae

ob rationes nobis a Serenitate Vestra prescriptas non successit, non ambigimus tamen Serenitatem Vestram in tam pio et laudabili proposito perseveraturam, in eoque elaboraturam, ut Christianae Reipublicae cura et sollicitudine sua opem salutarem quam citissime afferre possit. Faciet certe Serenitas Vestra rem dignam genere suo, dignam animo vere Regio, dignam Principe Christiano, si ulteriora huic negotio impenderit studia. Nec dubitamus, quin Deus Optimus Maximus eos optimis consiliis ipsius daturus sit successus, quos quivis pacis et tranquillitatis publicae cupidissimus vovere et optare possit. Nos equidem non favemus modo destinatis Serenitatis Vestrae conatibus, verum ubi rem serio agi viderimus, operam quoque nostram in tam gravi causa, sociatis cum Serenitate Vestra consiliis, quantum in nobis erit, impendere studebimus, nihilque a nobis desiderari patiemur, quod ad negotium hoc feliciter, favente Divina clementia, perficiendum pertinere iudicabimus. De caetero Serenitati Vestrae bonam valetudinem omnisque gloriae et felicitatis cumulum a Deo precamur. Datum Vilnae, die X mensis Decembris, anno Domini MDCXLIII, Regnum nostrorum Poloniae XI, Sueciae XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Ottensehe den 2 Februarli anno 1644. Laudat Serenissimi Daniae Regis studium in reducenda pace, in eodem ut perseveret, monet, faustumque eius exitum auguratur.*

a)-b) *manu propria.*

N. 170.

Vilnae, 10 Decembris 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
auxilium suum Ioanni Vitzthum ab Eckstaedt pollicetur.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Accepimus literas Serenitatis Vestrae, quibus nobis Serenitas Vestra causam strenui viri Johannis Vitzthum ab Eckstedt ratione retentorum a Supremo Consilio Ordinibusque et Statibus Prussiae stipendiiorum commendat, peramanterque postulat, ut in iure suo prosequendo obtinendaque undecim milium imperialium summa, ipsi modo praemisso debita, favorem nostrum agnoscerre possit. Amplectimur non illibenter praesentem ipsi gratificandi occasionem, et sicut magni semper amicam flagitationem Serenitatis Vestrae fecimus, ita et nunc tam per interpositionem authoritatis nostraræ Regiae, quam per sententiam iudicariam, in quantum ea accusatio in processum deducta fuerit, testabimur, commendationem

Serenitatis Vestrae plurimum apud nos valuisse. De caetero Serenitati Vestrae longaevam incolumitatem et omnia fausta ex animo optamus. Datum Vilnae, die X mensis Decembris, anno Domini MDCXLIII, Regnum nostrorum Poloniae XI, Sueciae XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

*Alia manu:* Promittit commendationis pro Ioanne Vitzthumb ab Ecksted interpositae rationem habitum iri.

a)-b) *manu propria.*

N. 171.

Vilnae, 20 Decembris 1643.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro mercatoribus Elbingensibus intercedit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Quo magis propensum Serenitatis Vestrae erga nos animum agnoscimus, eo cum maiori fiducia eandem in necessitatibus subditorum nostrorum literis nostris compellare solemus. Cum itaque Civitas nostra Elbingensis in certo negotio, sublevationis videlicet ab onere duplicitis telonei, ad Serenitatem Vestram configuat praecipuumque conceptae suae fiduciae firmamentum in clementia et benignitate Serenitatis Vestrae locet, eiusque fructu felicius et facilius potiri se speret, si illorum submissis precibus efficax quoque interpositionis nostrae, cui plurimum Serenitas Vestra semper deferre consuevit, subsidium nostrum accesserit; haud gravatim petitioni ipsius detulimus, amanterque a Serenitate Vestra postulamus, velit Serenitas Vestra ex sola compassione deplorati status dictae civitatis, praeteriti belli Pruthenici calamitatibus plurimum fractae et attritae, eam rationem ducere, quam et afflita fortuna ipsius et mutuae nostrae amicitiae necessitudines haecque nostra exposcit intercessio, liberatosque ab adacto thelonio pari iure cum Hollandis censere. Rem Serenitas Vestra Christiano Principe dignam omnique obsequiorum genere ab ipsis demerendam fecerit, si ipsis indulgentiam hanc tribuerit theloniorumque Praefectis demandaverit, ut in posterum hac exactione duplicata non gravetur. Nos vero sicut id gratissimo a Serenitate Vestra accipiemus animo, ita dabimus operam, ut hanc ipsius in subditos nostros propensionem et favorem mutuis benevolentiae nostrae officiis compensemus, paremque semper postulationis ipsius, ubi occasio tulerit, rationem habeamus. Interea bonam valetudinem et prosperos ex animo successus vovemus. Datum Vilnae, die XX mensis Decembris, anno Domini

MDCXLIII, Regnum nostrorum Poloniae XI, Sueciae vero XII anno.  
Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Haffniae die 28 Augusti anno 1644.*

*Item alia manu: Intercessionales pro Civitate Elbingensi.*

a)-b) *manu propria.*

*N. 172.*

*Vilnae, 27 Ianuarii 1644.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
ad natalem filii invitat atque compatriis officium Christiano defert.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Dominio Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Quae inter nos mutui amoris officiorumque ac bonae vicinitatis studio coaluit amicitia, ea ut communione solatiorum et successuum ab utrinque nostrorum perennare possit, eo magis exoptamus, quo proniore in vota Domus nostraræ Regiae affectu Serenitatem Vestram ferri, felicibusque eius incrementis laetari optime novimus. Itaque et ad praesens eam laetitiae partem, quam ex felici, Deo volente, partu Serenissimæ Coniugis nostraræ, ultimis diebus Maii vel primis Junii speramus, apud Serenitatem Vestram deponendam duximus, et sicut ad natalem Infantis amanter invitamus, ita et Compatriis officium eidem amice deferimus; velit Serenitas Vestra pro sua in nos singulari propensione futuram prolem e sacro lavacro tollere Baptismique solemnitatem assistentia sua decorare. Quod uti pergratum nobis acciderit, ita, ubi occasio tulerit, promptitudine nostra tam prolixæ in nos Serenitatis Vestrae voluntati respondere studebimus. Cui de caetero bonam et firmam valetudinem felicesque rerum successus ex animo precamur. Datum Vilnae, die XXVII mensis Januarii, anno Domini MDCXLIV, Regnum nostrorum Poloniae XI, Sueciae vero XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Haffniae die 8 Martii anno 1644.*

*Item alia manu:* Rex Poloniae invitat Suam Maiestatem ad natales infantis et compatriis officium ei defert.

a)-b) *manu propria*.

N. 173.

Vilnae, 26 Martii 1644.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
mortem uxoris infantisque nuntiat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicinis <sup>a)</sup> noster charissime.

Non dubitamus pervenisse ad manus Serenitatis Vestrae literas nostras, quibus de proximo partu olim Serenissimae Consortis nostrae nunciaveramus, ipsamque ad levandam e sacro fonte expectatam prolem invitaveramus. Sed aliter ac sperabamus sors cecidit; etenim praeteritis diebus ultima feria quinta Caenae Domini tristis mors, ita volente Divina Maiestate, uno eodemque ictu Infantem Matremque sustulit, nosque et totam Regiam Domum gravissimo acerbissimo dolore replevit. Quem cum Serenitati Vestrae communicantes, non ambigimus Serenitatem Vestram pro sua in nos singulare animi propensione amicitiaque, tot officiis firmata, eodem quo nos animo hoc nostrum luctuosum fatum laturam unaque nobiscum orbitatem nostram Filiique nostri ex tanti pignoris iactura deploraturam. Quam ad praesens Serenitati Vestrae nunciantes, in reliquo Divinam bonitatem precamur, ut Serenitati Vestrae bonam diuturnaque valetudinem omniaque fausta largiatur et quosvis luctus ab eadem Regiaque Domo ipsius procul amoveat. Datum Vilnae, die XXVI mensis Martii, anno Domini MDCXLIV.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus affinis  
Vladislaus Rex <sup>b).</sup>

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.

*Alia manu:* Praesentatae Haffniae die 23 Junii anno 1644.

*Item alia manu:* Rex Poloniae annuntiat obitum Coniugis et Filioli recens nati.

a) sic in ms.

b)-c) *manu propria*

Vilnae, 29 Martii 1644.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
iterum de morte et funere uxoris suae.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano IV, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Quam gravem nobis attulit dolorem inopinata mors olim Serenissimae Caeciliae Renatae, coniugis nostrae desideratissimae, facile Serenitas Vestra conicere poterit, ubi penitus et orbitatem nostram et tam intollerabilem animi nostri ex gravissimo acerbae mortis ipsius vulnera perturbationem introspexerit. Et licet sanctissima mors ipsius minime lugenda esse videatur, ut quae eam ad longe beatiorem vitam transtulit, obitus tamen eius non potest nobis esse nisi nimium acerbus, qui eo solatio nos privavit, quo post Deum nihil carius desiderabiliusque in vita habuimus. Cum vero et Serenitatem Vestram pro eximio suo in nos studio tristi animo exitum eius laturam confidamus, communicare ipsi luctum hunc nostrum domesticum voluimus, ut et propensissimae voluntatis nostrae affectus, quem erga Serenitatem Vestram gerimus, hac etiam quantumvis lugubri occasione constaret, et fomenta solatii levamentumque aliquod maerioris ex syncero benevoloque ipsius animo habere possimus. Caeterum cum relictis corporis exuvia iusta funeris solvere die XX Junii anni praesentis in nostra metropoli, civitate nempe Cracoviae, statuerimus, non ambigimus Serenitatem Vestram tam sanctam animam ipsius omni pietate Regisque virtutibus cumulatissimam tristemque et lugubrem sepulturam votis prosequuturam et tantam acerbitatem nostram maerore et compassione sua solaturam. De caetero Deum supplices precamur, ut eiusmodi lugubres maestitiae squallores, ab Augusta Domo ipsius amoveat, longevaque et prospera valetudine secundisque successibus eandem benigne augeat. Datum Vilnae, die XXIX mensis Martii, anno Domini MDCXLIV, Regorum nostrorum Poloniae et Sueciae XII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.

Alia manu: Praesentatae Haffniae die Konigliche Canzlei den 11.Junii anno 1644.

Item alia manu: Rex Poloniae indicat diem dictam exsequiis Conjugis.

a)-b) manu propria.

Varsaviae, 5 Maii 1644.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de colloquio cum Nicolao Koch, regis Daniae legato ex Moscobia re-  
vertente.  
(Orig., vest. sig. anulo obsignati).

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime Princeps, Domine, Frater, Amice et Vicine  
noster carissime.

Revertitur ad aulam Serenitatis Vestrae Nobilis Nicolaus Koch, nu-  
pere <sup>a)</sup> in Moscoviam missus a Vestra Serenitate, qui cum post nostrum  
ex Lithuania in Polonium redditum paucis diebus in aula nostra substi-  
tisset, eidem colloquii nostri copiam iterato fecimus, in quo circa statum  
rerum praesentem multa particularia diximus, et ex intimo nostro sensu  
auribus eius inseruimus, quae ille debita in Serenitatem Vestram et pari  
in affectum nostrum fide referet; eademque bono animo accipiet Serenitas  
Vestra. Quam optime valere, feliciter agere fortunamque Regiam prosperis  
reparare successibus ex animo precamur. Dabantur Varsaviae, die V men-  
sis Maii, anno Domini MDCXLIV, Regnorum nostrorum Poloniae et Sue-  
ciae XII anno.

Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus frater  
Vladislaus Rex. <sup>c)</sup>

a) sic in ms.

b)-c) manu propria.

Cracoviae, 9 Augusti 1644.

Vladislaus IV rex Poloniae  
Christianum IV regem Daniae  
de studiis suis ad filium eius, comitem Valdemarum Christianum, Mosco-  
via liberandum certiore reddit.

(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Unsern freundlichen grusz und wasz wir sonst mehr liebes und guttes  
vermögen jederzeit befohr.

Durchlächtigster könig, freundlich geliebdester herr oheimb undt  
bruder.

Wie schmerzlich Ewer Königl. Würd. dess moschkowitzischen gross-  
fürsten <sup>1)</sup> unchristliches undt wieder aller menschen erachten beschehenes  
proceder zu herzenn gehenn muss, indeme er also Dero geliebten herren  
sohn, den graffen Woldemar <sup>2)</sup>, denen zwischen Ewer Königl. Würden  
undt ihm geschlossenen pacten zuewider, nicht wie einen freundt, sondern  
mehr alss einen feindt tractiret, können wir so leicht ermessen, alss leicht

Ewer Königl. Würden erachten mögen, dass wir unseresstheils ein sonderliches missfallen darob haben undt tragen. Wann wir dann uon ihme, dem herren grafenn Woldemar, inständig ersuchet worden, dass wir unss inss mittell zu ligen undt (weill wegen ungeenderter seiner religion er mehr dann genungsamb absehe, dass dass haubtwerck so gar sein gewindtschtes ende nicht erreichen werde) alle müglikheit zu endtlicher seiner erlassung anzuwenden gnädigist geruhnen wolten. Alss habenn wir, zue bezeugung unserer geneigten affection undt dass unns sein, dess herrn grafenn, so unuerhoftes unglück zu innerlichen gemüthe gehet, nicht unterlassen können noch mögen, unsern abgeordneten<sup>3)</sup> dess orths nacher Moschkaw abzufertigen, damit gedachter moschkowittische grossfürst so woll erspüren möge, wie unnss sein unbilliges undt kegenst allen christliebenden potentaten unuerandwortlichess beginnen missfalle, alss auch er, der herr graf Woldemar, umb so ueihl desto mehr undt eher gründliche nachricht erlangen könnte, warumb undt wie lange man ihn also noch gleichsamb feindlich tractiren wolle. Wass nun gedachter unser abgeordneter aldar bey dem grossfürsten aussgerichtet, undt wass er auf sein anbringenn vor eine andtwort erhalten, dass habenn Ewer Kön. Würd. auss seinen dess herren grafenn hiebey gesanten schreiben mit mehrer weitläufigkeit umbständlich zu uernehmben. Unndt mögenn sich Ewer Königl. Würden kecklich versichern, dass wir auf Dero freundliches ersuchen, alless dassjenige, so immer mehr müglik undt denen zwischen unnss undt dem moschkowitischen grossfürsten ehemahls geschlossenen pacten nur nicht zuwieder, weiter inss werck zu sezenn keinessweges unterlassen werden noch können.

Befehlenn Ewer Königl. Würd. damit göttlicher gnädigenn obwaltung zu langwierig beständiger leibes gesundtheit undt allem hohen aufnehmen, unss aber Dero geneigten königlichen affection. Crackaw am IX. monatstage Augusti dess MDCXLIV. jahress, unserer reiche dess polnischen im XII. unndt dess schwedischenn im dreyzehenden jahre.

Ewer Kön. Würd.

Affeter bruder  
und ohaim<sup>a)</sup>

Vladislaus Rex

a) Affeter ... ohaim *manu propria regis*

1) scil. Michael Fedorovič Romanov

2) scil. Valdemar Christian, filius Christiani IV

3) *verisimile quidam Iliski* (*Historisk Tidskrift* 6.III.318, *Hafnia* 1891-92, et A.F. Büsching: *Magazin für die neue Historia und Geschichte*, X, p. 230, *Halo Saxonum* 1776)

N. 177.

Varsaviae, 14 Novembris 1644.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de legato Christiani IV libenter excepto.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Dominio Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine Cognate et Vicine noster charissime. Transmissum ad nos a Serenitate Vestra legatum libenter conspeximus, et quae nobis amantissimae salutationis et comprecationis vota a fraterno Serenitatis Vestrae animo profecta, nomine Serenitatis Vestrae detulit, gratanter exceperimus. Et quemadmodum ita erga Serenitatem Vestram animati sumus, ut arctissima amicitiae vincula, quae nobis cum Serenitate Vestra constanter intercedunt, cultu firma, studiis sancta reddamus, ita, ut eadem novis benevolentiae accessionibus et incrementis cumulemus, admotis conatuum et officiorum nostrorum viribus adnitemur. Caetera legatus Serenitatis Vestrae, cui ad singula legationis puncta responsum mutuae necessitudinis bonaequae vicinitatis studio accommodatum dedimus, uberius exponet. Nos interea id Serenitati Vestrae prompte pollicemur nihil a nobis, quod ad Serenitatem Vestram sincere affectu demerendam et mutuorum pactorum iura firmanda pertineat, praetermissum iri. Cui prosperrimam valetudinem et secundos rerum omnium successus conceptis rite votis comprecamur. Datum Varsaviae, die XIV mensis Novembris, anno Domini MDCXLIV<sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XII<sup>o</sup>, Sueciae vero XIII<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano IV etc.*

*Alia manu: Praesentatae Friederichsburgh die 22 Decembris anno 1644.*

*Item alia manu: Rex Poloniae ostendit, quam grata fuerit legatio ad ipsum missa.*

a)-b) *manu propria.*

N. 178.

*Varsaviae, 17 Februarii 1645.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de negotio Martini Kochler, civis Gedanensis, quem regi Daniae commendat.*

*(Orig., sig., cum folio annexo.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate, Frater et Vicine noster carissime.

Negotium, prout in folio litteris hisce annexo nobis expositum fuit, intercessionis nostrae benignum officium et iustitiae Serenitatis Vestrae congruum requirit patrocinum: et ideo longiori verborum apparatu rem exequi haut <sup>a)</sup> nostrum esse iudicamus, cum causa ipsa probe perpensa ita clare de se loqui videatur, ut causidicum requirat neminem. Vindicem potius postulat sententiam Vestrae Serenitatis, a qua benevole et gratisime pro amicitiae <sup>a)</sup> et necessitudine vicinitatis petimus, velit iubeatque

Vestra Serenitas causam istam debitae et seriae subiici inquisitioni et quod iuris est inter partes decerni, ne vel privati homines citra iussum Vestrae Serenitatis eiusdem potestatis titulo abutantur, et ut Spectabilis Martinus Kochler, civis et mercator Gedanensis, subditus noster, pro quo apud Serenitatem Vestram intercedimus, grave, anno proxime lapso, a simili facto damnum perpessus, mediante favorabili Vestrae Serenitatis mandato, rei suaे, naviumque et mercium bono iure quaesitarum possessioni restituatur. Ut autem negotium hoc sine ulteriori mora et reorum effugiis ad ultimariam cognitionem et iudicatae rei executionem quanto-  
cius <sup>b)</sup> transmittatur, praedictusque civis Gedanensis, subditus noster, iustitiae fructu, quem omnibus praestat, praestarique facit Vestra Serenitas, potiatur, iterum atque iterum a Vestra Serenitate contendimus, pro nostro in eam studio et affectu, quo ad omnia, quantum in nobis est, Serenitatis Vestrae vota et postulata amice concurrimus. De caetero Serenitati Vestrae firmam valetudinem et prosperos rerum successus ex animo precamur. Dabantur Varsaviae, die XVII<sup>o</sup> mensis Februarii, anno Domini MDCXLV<sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XII<sup>o</sup>, Sueciae vero XIII<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>c)</sup> bonus frater  
Vladislaus Rex <sup>d).</sup>

a) sic in ms.

b) in ms. quantocuyus

c-d) manu propria.

*Folium his litteris annexum:*

Anno Domini 1644. Spectabilis Martinus Kochler, civis et mercator Gedanensis, primo veris tempore ad requisitionem quorundam mercatorum Stockholmniensium, quibuscum illi vetus commercium intercedebat, submisit Gedano Stockholmum certam lupuli et salis quantitatem navibus duabus, quibus Honesti Thomas Kint et Paulus Proler <sup>a)</sup>, civis uterque Gedanensis, praefuerunt, cumque ibidem onus deposuissent, praefatus Martinus Kochler vacuarum et redeuntium navium usus commoditate, easdem naulo conduxit, ut certas merces, id est centum septuaginta pondo ferri (Szyfunty vulgo dicuntur), centum et viginti picis dolia, seu tonnas, et decem assium pinacearum duodenas, Gedanum deveherent, quas omnes praedictas merces, cum eius debitores solvendo non essent, in vim soluti, post duorum annorum sollicitationem ab eisdem, dictus Kochler acceperat. Istos naucleros una cum navibus et mercibus strenuus Niels Andersen, bellicae navis praefectus, qui stipendio certorum mercatorum Copenha- giensium militabat, iter suum prosequentes vi a cursu retorsit et Copen- hagium ire compulit, ubi, re ad Architalassorum iudicium devoluta, naves et merces praedictae fisco, uti praetenditur, adiudicatae fuerunt. Cumque praedictus Kochler, inde se damnum passum esse suspicaretur, quod ex hostico naves istae venirent, sciret autem merces istas ante ortam inter regna discordiam, iure sibi in extinctione crediti quaesitas fuisse com- munique se commercii et navigationis beneficio securum esse crederet, praesertim quod nullo bellico instrumento naves eius instructae essent; primo de ista interceptione nuntio accepto, ad magistratum Gedanensem officiose accessit, praestitoque corporali iuramento, merces istas suas esse

proprias, non cuiusvis alias, multo minus ex natione Suecica, comprobavit, habitoque istius sui iuramenti praestiti a magistratu Gedanensi autentico testimonio, Copenhangum ad idem iudicium rerum et causarum maritimarum se contulit, suaque propria, quae sine cuiusquam detrimento, iure bono, sine telonei defraudatione, si eius solvendi ratio et necessitas fuisset, acquisierat, sibi restitui et adiudicari petiit, cumque et praedictae attestationis et eius supplicationis sumptuum et damnorum ratio nulla apud praefatum iudicium habita esset, ideo rursum praefatus Martinus Kochler supplicat Serenissimae Daniae Maiestati iubeat causam istam cognosci, iudicari, sibi quod iuris est tribui, praesertim cum nullum prorsus inde ad fiscum regium emolummentum pervenerit, sed cum summo conquerentis damno et praeiudicio privatorum, quorum stipendiarius, uti fertur, id factum perpetravit, totum cesserit utilitati.

a) *lectio incerta.*

*N. 179.*

*Hafniae, 12 Maii 1645.*

*Christianus IV rex Daniae  
ad Vladislaum IV regem Poloniae;  
de Valdemaro Christiano, Christiani IV filio, legatisque Danicis in Mos-  
covia retentis.*

(*Exemplar.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Christianus etc.

Serenissime Princeps, Cognate, Frater et Vicine charissime.

Accepimus ex legato nostro, qui in aula Serenitatis Vestrae vel ibidem in vicinia adhuc versatur, quod Magnus Muscoviae Dux Illustrissimum filium nostrum Waldemarum Christianum, Comitem Sclesvici, Holsatiae etc., tandem sit demissurus, si literae ejusdem, quibus nos ad consentendum tam in iter quam matrimonium olim induxerat, originaliter vicissim exhiberentur, simulque promitteretur nos illatam injuriam armis non vindicaturos. Cedimus temporum infelicitati, gentisque perfidiae atque cum, intercedente Vestrae Serenitatis autoritate, post nexas multifarias moras demum haec resolutio profecta sit, ante omnia ei pro officio reponimus gratias, nec abnueremus documenta illa, quae requisivit, omnia et singula in manus Serenitatis Vestrae per praesentes consignare, si modo in potestate nostra essent, verum cum legatis nostris quasi in spem melioris expeditionis sub abitum antehac tradita sint, integrum nobis hoc pro tempore non est, neque tamen interea consultum arbitramur hanc eorundem conditionem propalari, nam si resciscerent Moscovitae, procul dubio non erubescerent etiam per vim illa ipsa ab iisdem extorquere, quare, si Serenitati Vestrae placuerit, tacite injungemus nostris, ut legato eiusdem, alias hoc negotium ibidem sedulo urgenti, exhibeantur, atque tum in arbitrio Serenitatis Vestrae erit, an prius illa ad se remitti, vel statim, liberato filio et legatis nostris, in loco ad invicem extradi velit, in utrumque consentimus, saltem ut promoteatur nostrorum dimissio et recessus. De reliquo vindictae tam cupidi non sumus, ut sinistri quicquam

sibi Russi a nobis metuant, sed facile ex innata animi magnitudine injurias obliviscimur, si ergo et Serenitas Vestra nostro nomine ultiōne futurae renunciare, vel alias de non vindicando cavere teneatur, expromittat modo, non frustrabimus eam effectu. Cui invicem officia nostra ex animo promptissimo deferimus, felicitatisque omnimodae usuram quam libentissime comprecamur et vovemus. Dabantur etc.

*In dorso: Copia literarum Serenissimae Regiae Majestatis Daniae ad Regem Poloniae.*

De dato Haffniae die 12 Maii anno 1645.

*N. 180.*

*Varsaviae, 25 Septembris 1645.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae  
de vinis Rhenanis.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Textus quasi identicus ac N. 154 cum nomine aliter scripto: Klokner.*

*Alia manu, recentiore: foraaeret af hr. provst Terpager 1751.*

*N. 181.*

*Varsaviae, 15 Novembris 1645.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de filio Christiani IV, ex Moscovia reduce, paterno suscepito domumque  
remisso.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Uti Illustrēm Principēm Dominū Woldemarū Comitem Slesvici et Holsatiae, postliminio ex Moschovia reducem, paterno suscepimus et complexi sumus affectu, ita eundem sanum ac incolumem Serenitati Vestrae remittimus. Munus, quod nobis nomine Serenitatis Vestrae reddidit, veluti ab optimo in nos animo et fraterna benevolentia profectum gratissime accepimus, illud loco arrhae mutui et sinceri inter nos amoris fraternali cultu et veneratione complectentes, paremque contestandae reciprocae propensionis ac officiorum nostrorum prae animo habentes. Quod reliquum est, prosperam incolumitatem et faustos rerum omnium eventus Serenitati Vestrae ex animo apprecciamur. Datum Varsaviae, die XV<sup>a</sup> mensis Novembris, anno Domini MDCXLV, Regnum nostrorum Poloniae XIII<sup>o</sup>, Sueciae XIV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater  
Vladislaus Rex <sup>b).</sup>

a)-b) *manu propria.*

Varsaviae, 20 Decembris 1646.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de principe Philippo, comite palatino Rheni, a Christiano IV commendato.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi  
Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate, Frater et Vicine noster carissime.

Nihil aut amica Serenitatis Vestrae, quae parem semper apud nos invenit aestimationem, commendatione dignius, aut nostrae potuit acceptationi officium accidere gratius, quam dum Serenitas Vestra Illustrissimum Principem Philippum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariae Ducem, praeponit suum carissimum, illi admovere studet occasione, in qua non tantum altae indolis et famae perennandae, sed christianaे magis quam nostrae, aut certe utriusque gloriae salutisque tuendae, campus panditur spatiosissimus. Sed cum rerum ac temporum nondum certa venerit maturitas, ad futura proximo Maio, volente Deo, a nobis indicta celebrandaque comitia totum differre negotium visum est; ubi dum opportunitas rei gerenda meliori fato adoleverit, pergratum nobis erit, talibus stipari comitibus, qui haereditariam virtutis et honoris gerunt successionem, simulque tum testari quantum Serenitatis Vestrae amicis postulatis et expectationi tribuamus. Nunc autem Serenitatem Vestram prosperrimo valitudinis rerumque omnium successu frui, ex animo precamur. Datum Varsaviae, die XX mensis Decembris, anno Domini MDCXLVI, Regnum nostrorum Poloniae XIV, Sueciae vero XV<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

a)-b) manu propria.

Varsaviae, 21 Decembris 1646.

Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de pecunia civibus Gedanensibus a quibusdam debitoribus Danicis restituenda.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Dum in vivis adhuc Generosus olim Hilarius Ulefeld extitisset, simulque legationis munere a Serenitate Vestra ad Serenissimum Hispaniarum Regem Madritum fungeretur, receperat nomine mutui a factore

quorundam civium Gedanensium, Spectabilium videlicet Thomae Gellentin, Martini Stormer de Marez nec non caeterorum consortium, in parata pecunia summam mille et septingentorum imperialium iuxta obligationes eius, de data septima Aprilis millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio, praefato creditori datas. Paulo post eodem vita functo, summa quoque inexoluta mansit. Caeterum quoniam legitimi haeredes et successores praefati Generosi olim Hilarii Ulefeld supersunt, ad quos uti omnia bona ita et onera ex vi et nexu iuris communis devoluta sunt, eosdem ad solutionem summae per parentem eorum contractae teneri, nemo inficias ibit. Quapropter ut eo citius praefati cives Gedanenses dicta summa apud successores Ulefeldianos potiri possint, idcirco apud Serenitatem Vestram pro iisdem nostram interponimus intercessionem, quatenus causae eorum iustae uti in negotio liquidi mutuatique debiti Serenitas Vestra benigne favere velit, solutionemque indilatam summae praefactae iniungi demandet. Quidquid porro favoris et patrocinii a Serenitate Vestra iisdem praestitum fuerit, id nos vicissim omni studiorum genere Serenitati Vestrae pensatur sumus. De reliquo optimam valetudinem et felicissimos rerum successus Serenitati Vestrae a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXI mensis Decembris, anno Domini MDCXLVI<sup>0</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XIV, Sueciae vero XV anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.

*Alia manu:* Praesentatae Copenhagae den 15 Februarii anno 1647.

a)-b) *manu propria.*

N. 184.

Varsaviae, 29 Maii 1647.

Vladislaus IV rex Poloniae  
Christianum IV regem Daniae  
rogat, ut praestita pecunia Samuela von Surck persolvatur.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Unsern freündtlichen gruss und was wier aus guter brüderlicher affection sonst mehr liebes und gutes vermögen iederzeit bevor.

Durchlauchtigster könig, freündtlicher lieber oheimb, bruder und nachbar.

Wir tragen keinen zweifel, Ewr. Königl. Würden unser vom 23.Marty abgewichen 1646sigsten jahres an Dieselbte gethanes schreiben empfangen, darauss vernommen haben, dass wier den 1.Juny gemelten jahres ein ansehenliche summa geldes in Dantzig benötigt, und wier den vesten unsern factorn und lieben getrewen Samuel von Surck allergenädigst committiret, dass er sich nacher Dantzig erheben, und Ewr. Königl. Würden uns zugefertigte assecuration mit sich nehmen und die darin specificirte summa unter andern auch erfordern solle. Derowegen Ewr. Königl. Würden wir freundt-, oheimb- und brüderlich gebeten, Ihres orts die versehung zu thun, hiemit, durch Dehro in unserer stadt Dantzig

residirenden factorn, Christian Horstman, die benente uns zustehende gelder auf angesetzten termin gegenst einlieferung unser eigenhändigen quitantz vorerwehntem Samuel von Surck abgegeben und volkürlich bezahlet werden möchten.

Aldieweil nun solches noch nicht seine richtigkeit erlanget, gedachter von Surck aber unsertwegen in zimlichen vorschuss, dass wir ihm gern numehr eines genedigst möchten geholffen sehen. Alss ist an Ewr. Königl. Würden unser freundt-, oheimb- und brüderliches bieten, Ihres orts die versehung zu thun, damit benente unss zustehende gelder anitzo numehr besagten Samuel von Surck, seinem handelssconsorten Hanss Schmeiss oder ihren rechten gevollmächtigten, dehn sie diessfalss abfertigen möchten, abgegeben und volklich, besage Ewr. Königl. Würden assecuration, mögen bezahlet werden. Welches wier iederzeit vorgenehm halten und hiebey nebenst Ewr. Königl. Würden versichern, dass dofern wier Dehroselbten in dergleichen und andern hohen angelegenheiten unser freindt-, oheimb- und brüderliches gemüthe hinführō weiter werden erzeigen und beweisen können, wier uns auff Ewr. Königl. Würden gethanes ansuchen ie und allwegs bereit und willigst erfinden lassen wollen.

Dieselbte da mit Gottes gnädiger obwaltung zu guter, langwiriger, beständiger leibes gesundtheit und allen königlichen wohlstandt, uns aber zu bestendiger brüderlichen affection, treulichst empfehlendt. Gegeben Warschaw am XXVIII<sup>sigsten</sup> monatstage Maii dess MDCXXXVII<sup>sigsten</sup> jahress, unserer reiche des polnischen im XIV<sup>den</sup> und des schwedischen im XV<sup>den</sup> jahre.

Ewer Lbd.

affe.bruder a)  
Vladislaus Rex

... b) in Denemark wegen des Samuels von Sorg

*In dorso:* Dem durchlächtigsten fürsten, herren Christiann dem Vierdten vonn Gottesz gnaden zue Dennemarck etc. könige etc.

*Alia manu:* praesentatae Friederichsburgh den 9.Augusti anno 1647 der königh von Pohlen wegen seiner angeliehenen gelder.

a) affe. bruder: *manu propria regis.*

b) *verba desunt, pars chartæ abscissa est.*

N. 185.

*Varsaviae, 18 Iunii 1647.*

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
rogat, ut merces e navi naufragium passa litterarum suarum exhibitori-  
bus restituantur.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Do-  
mino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps Cognate et Vicine noster charissime.

Navis quaedam a Neptuno denominata, cui nauclerus Ioannes Abbot preeerat, dum in Norvegia in portu Landhundico Serenitatis Vestrae, evitandae tempestatis causa, iactis iam anchoris demissisque velis constiterat, ibidem propter inopinatam vim ventorum et exortas procellas naufragium perpessa est, anno proxime praeterlapso MDCXLVI mense Decembri. Quamvis vero navis ipsa perierit, tamen plurimi panni Anglicani et aliae merces e naufragio liberatae et ad manus Illustris Admiralii Serenitatis Vestrae, Domini Offue Jedden delatae sunt, inter quas cum nonnullae sint, quae ad singulare mandatum nostrum pro usu et necessitate aulae nostrae ex Anglia advehabantur, a Ioanne Mortimir et Ioanne Molisson, factoribus nostris propriis, (quos ad hoc iter nostris literis passus comitati specialiter fuerimus) in Anglia comparatae. Proinde peramanter a Serenitate Vestra postulamus, ut merces illae et panni usui nostro inservientes a Domino Admiralio Regni Serenitatis Vestrae sine mora et quovis precio restituantur harum exhibitoribus literarum nostrarum. Quidquid benevolentiae Serenitatis Vestrae et mutui affectus ad sedulam intercessionem hac in parte nostram Regiam experiemur, totum id pari humanitatis et beneficii genere subditis Serenitatis Vestrae nostris in dominii compensaturi sumus. De reliquo Serenitati Vestrae omnem felicitatem et incolumes in annos plurimos dies ex animo appreciamur. Datum Varsaviae, die XVIII mensis Iunii, anno Domini MDCXLVII, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae XVI<sup>o</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater  
Vladislaus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Fridericiburgi, die 28 Octobris, anno 1647.*

a)-b) *manu propria.*

N. 186.

Varsaviae, 18 Iunii 1647.

*Vladislaus IV rex Poloniae*

*ad consiliarium regis Daniae ac generalem navis praefectum, Ove Gjedde,*  
*de eadem re.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Vladislaus IV, Dei gratia Rex Poloniae etc.*

*Illustris, sincere nobis dilecte.*

Lubricam navigantium sortem, cum multorum retro, tum non multo ante Spectabilium Ioannis Mortimir et Ioannis Molisson, factorum nostrorum, inopinatus probavit eventus. Hi enim cum specialibus literis nostris passus in Angliam a nobis expediti ad res nonnullas pro usu et necessitate aulae nostrae coemendas, dum iam ad nos diverterentur, navis, in qua merces deposuerant suas, denominata a Neptuno, nauclero Ioanne Abbot, in portu Landhundico naufragium passa est. Fortuna tamen sic providente,

quod licet perierit ipsa, plurimi nihilominus panni Anglicani aliaeque merces e naufragio liberatae, imo et ad manus Synceritatis Vestrae delatae sunt. Quamvis igitur non dubitemus Synceritatem Vestram compati super tam inopinato casu, et si quid earum mercium et pannorum penes Synceritatem Vestram maneat, velle ex ipsa restituere aequitate. Quo tamen idem promptius exequatur et aulae nostrae praedictis quam primum possit provideri mercibus, amice a Synceritate Vestra flagitamus, ut pro ea, quae nobis cum Serenissimo Daniae Rege intercedit, necessitudine, omnia ex illo naufragio ad se delata factoribus nostris reddi ac restitui faciat. Habitura Synceritas Vestra pro hac humanitate promptissimam semper nostram ad rependum sibi et illius Regni incolis voluntatem. Cui de reliquo omnem prosperitatem et rectam valetudinem a Deo impense exoptamus. Datum Varsaviae, die XVIII mensis Junii, anno Domini MDCXLVII<sup>0</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XV, Sueciae vero XVI anno.

Vladislaus Rex.

*In dorso:* Illustri Domino Offue Jedden, Serenissimi Daniae Regis Consiliario ac eiusdem Serenitatis Generali Maris Praefecto, sincere nobis dilecto.

*Alia manu:* Konig aff Polens breff til a) Ove Gedde om den engilsche schib i Bratberg lehn er bleft ... 46  
Redditæ 26 October 1647.

a) *lectio incerta.*

N. 187.

Varsaviae, 11 Augusti 1647.

*Vladislaus IV rex Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
regi Daniae ob mortem filii compatitur, simulque proprii filii obitum  
deplorat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Vladislaus Quartus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Quemadmodum mutuus amor per intima amicitiae officia devinctas voluntates et animos nostros coniunxerat, ita nunc inclemoris fati acerbitas pari orbitate mutuoque luctu funeste domum nostram sociavit. Amisit Serenitas Vestra non ita pridem haeredem virtutum, sceptrorumque suorum Serenissimum Primogenitum, nobis quoque fatalis immaturae mortis calamitas violenter ex sinu paterno eripuit nunc filium nostrum, simulque cum eo summa vitae solatia, ingentes spes, ac non dubia tam prosperae quam adversae fortunae sustulit subsidia. Tantae infelicitatis acerbitatatem haud sentire non esset paternum, quin nec humanum quidem, sed eandem Divinae voluntatis arbitrio moderari et regium et christianum aestimamus. Occidentis in dies humanae mortalitatis caducam incusare conditionem, deploare naturam, indecorum et ignobile genus est solatii. Nobis alia lenimenta doloris imperavit sors nascendi, alia praescripsit

amplitudo vocationis solatia, Suprema illa Maiestas, in cuius omnipotenti manu non corda solum Regum, sed vita et mors continentur, dederat haec oblectamenta vitae, dederat fulcra sceptris nostris eadem, cum ut sua repetit, iniustum est Divinae illius Providentiae dispositionem super vacuis lamentis incusare. Nos vero proprio licet torpescentes maerore, Serenitatis Vestrae nihilominus luctui socias lachrimas nostras fidelissime coniungimus, maximum in hac nostra calamitate levamentum doloris habiti, si orbitatem Serenitatis Vestrae deplorare nobis, una cum propria domus nostrae solidudine, fatorum non imperasset ludibrium. Quod reliquum, Divinam precamur clementiam, ut, paribus tantae maestitiae aucta <sup>a)</sup> solatiis, eos addat annos Serenitatis Vestrae aetati, quos publicum bonum et communia vota filio amissio destinabant. Datum Varsaviae die XI<sup>a</sup> mensis Augusti, anno Domini MDCXLVII, Regnorum nostrorum Poloniae XV, Sueciae vero XVI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus frater  
Vladislaus Rex <sup>c)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quarto etc.*

*Alia manu: Praesentatae Friederichsburgh, den 9-ten September, anno 1647.*

a) *in ms. auctam.*

b)-c) *manu propria.*

N. 188.

*Fridericiburgi, 1 Decembris 1647.*

*Christianus [IV rex Daniae]*

*ad [Vladislaum IV] regem Poloniae;*

*ad litteras Vladislai IV respondebat atque affirmat merces ex navi servatas in salvatores expensas esse.*

*(Concept. \*) Cjr. N.N. 185, 186.)*

Christianus etc.

Serenissime Princeps, Cognate, Frater et Vicine charissime.

Quae de navi a Neptuno denominata et mercibus in peculiares Serenitatis Vestrae usus, quibus inter alia illa fuerat onusta, mense Iunio currentis anni Varsavia ad nos Serenitas Vestra scripsit, probe nobis relata, et sine mora supremo maris nostri Praefecto exposita fuere, qui non negavit sarcinas quasdam ex hoc naufragio servatas, partem etiam earum in res suas admissam fuisse, sed summo jure, quantum arbitratur ita quippe rem sese habere: Neptunus ista, tempestatis et fluctuum vi expugnata, ad octo orgiarum altitudinem sub undis mersa latitabat, neque inde sine impensis, multorum opera machinisque adhibitis, poterat extrahi, quibus omnibus suppeditandis naufragi nudi et <sup>a)</sup> egeni impares erant, neque subditi nostri, ut gratuito haec praestitissent, poterant compelli, se itaque commotum virorum miseria atque adversa fortuna autorem fuisse nostris, ut operas suas desiderantibus <sup>b)</sup> aequo pretio commoda rent <sup>c)</sup> quumque subterfugerent ob sumtus <sup>d)</sup>, qui ad formulam contractus

inter naufragos et ipsos initi, ex numerata et praesenti pecunia redentoribus faciendi forent, ne <sup>c)</sup> iste defectus commodum miserorum festinandumque auxilium remoraretur, illos de suo obtulisse, hac tamen conditione et lege, ut expensas sibi refunderent ex reliquis naufragii, quae recuperarentur <sup>f)</sup>, servata itaque fuisse quam plurima et partem quandam ex iis ad se pervenisse, vix tamen tantam, quae impensas exsarciret. Praeterea non constitisse ex ullo signo aut nota mercium istarum quasdam ad Serenitatem Vestram spectasse, neque mercatores aut gubernatorem navis verbum ullum ea de re fecisse, sed universa et singula sua esse constanter asseverasse. Quae omnia Serenitas Vestra ex literis et relatione dicti Thalassiarichi nostri uberius disset. Nos ut inhumanum existimamus ex calamitate naufragorum lucra captare, ita etiam iniquum ducimus officium tam opportune exhibitum damnosum esse atque in detrimentum autori <sup>g)</sup> vertere <sup>h)</sup>, quum certe nobis ipsis in simili casu, quem Deus avertat, gratuitae nostrorum operae vix speranda, sed impensae in urinatores, aliosque operis administros faciendi forent. Ut ita hac in re desiderio Serenitatis Vestrae, quam <sup>d)</sup> propensa etiam voluntas, gratificari vix possimus, neque ipsa, modo judicio suo gravi et maturo singula perpendat <sup>i)</sup> pertinacius desiderabit, alias quibuscumque rebus poterimus, Serenitati Vestrae commodabimus libentissime, quam Divini Numinis praesidio ex animo commendamus. Dabantur.

*In dorso: Ad Regem Poloniae.  
Fridericiburgi 1. Decembris anno 1647.*

- a) *verba: nudi et scripta in margine.*
- b)-c) *verba addita in margine loco verbi ex puncti: navarent.*
- d) *sic in ms.*
- e) *sequitur verbum expunctum: istud.*
- f) *verbum: recuperarentur scriptum partim in margine, loco verbi expuncti: serva...*
- g) *verbum autori scriptum super verbum expunctum: alicui.*
- h) *sequitur verbum expunctum: debere.*
- i) *sequitur verbum expunctum: de.*
- \* *Haec epistola non exstat in copiariis Christiani IV regis Daniae.*

*N. 189.*

*Varsaviae, 22 Septembris 1637.*

*Caecilia Renata regina Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
pro legato et congratulationibus ad nuptias suas missis gratias agit.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Wir Cecilia Renata von Gottes gnaden konigin in Pohlenn undt Schwedenn, grosshertzogin in Littawen etc., in Ungernn undt Behmenn geborne furstin, ertzhertzogin in Österreich, hertzogin in Burgundt undt gräffin in Tiroll etc., endtbieten dem durchleuchtigenn fürsten Christian dem Vierdtem zu Dennemarcken etc. köninge etc.

Durchl. furst, freundlicher lieber oheimb.

Das Ihr Durchl. diese newlich geschehene heyrathverbundtnuss zwischen unss undt dem durchleuchtigsten fürsten, heren Vladislao dem Vierdtem, itzo regirenden könig vonn Pohlenn, gerne sehen, solches können

wir auss erwehnten in Ihre Durchl. schreiben ursachen woll erachten. Gott wolle Ihren wuntsch bestetigen undt alle ausswehrtige feinde (wie er albereit gethan hatt) mitt gluck undt sieg bestreitenn helfenn. Die ankunft Ihrer Durchl. heren gesanten, Taggen Totten, welchem Ihr Durchl. perschon zu repräsentiren woll angestanden, ist unss so viel angenehmer gewesen, in sonderheit weil sie die nahe verwandtnüss undt uicinitet unserer reiche betrachtett haben, worauss wir den Ihr Durchl. wolge-neige affection undt friedtsames intent vernehmen, dabey Sie ferner beständiglich verharren wollen. Bedancken unss auch freuntlich, das Sie unsere hochzeitliche festiuitet mit Dero angenehmen glückwunschung beygewohnet, solchess bey gelegener occasion zu erwiedern soll an unss nicht mangeln, nebenst trewlicher empfhelung der gnadennschutz gött-licher obacht.

Gegeben in Warschaw den 22. Septembris anno 1637.

E.L.

getreue mumb <sup>a)</sup>  
Cecilia Regina

*In dorso:* Dem durchlauchtigstem fürsten Christian dem Vierdtem zu Dennemarck etc. koninge etc.

*Alia manu:* praesentatae Hadersleben den 27. Novembris 1637.

Die königin von Polen dancket vor d. zu ihren beilagern geschickten gesandten.

a) getreue mumb *manu propria reginae.*

*Hic in archivo repositum est nunc documentum, quod a nobis nu-  
mero 123 signatur.*

N. 190.

*Varsaviae, 3 Martii 1636.*

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
[ad Christianum IV regem Daniae];  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime et Potentissime Princeps,  
Domine, Cognate observandissime

Qua benevolentiae facilitate ac promptitudine Maiestas Vestra superiore anno vini Rhenani duodecim plaustra maiora, vulgo Zullfuder dicta, in usum nostrum trans mare coempta perque negotiatorem nostrum Iohannem Linderhausen, civem nostrum Gedanensem, adducta in ditione et freto suo, libere et absque telonei et vectigalis omnis exactione, pro more inter Christianos Principes recepto, transire permisit, eadem ut nunc quoque transire permittat et hanc animi propensionem erga nos continuet, diligenter rogamus, simulque studia in posterum nostra Maiestati Vestrae offerimus, et prosperam a Deo valetudinem ac felicissimos rerum successus a Deo precamur. Datum Varsaviae, die III<sup>a</sup> mensis Martii, anno Domini MDCXXXVI<sup>o</sup>.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

benevolus cognatus  
Ioannes Casimirus Princeps.

Varsaviae, 10 Iulii 1636.

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad Christianum IV regem Daniae;  
de eadem re.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime et Potentissime Princeps,  
Domine, Cognate observandissime

Evenit aliquando, ut nobis absentibus et per longinqua negotia distric-  
tis tardius forte literae veniant, quas pro libertate et securitate vini Rhei-  
nani in usum nostrum adferendi dare solemus. Cui rei nunc praevenientes  
tempestive hasce dari fecimus, quibus Maiestatem Vestram rogatam volu-  
mus, ut Spectabilis Ioanni Linderhausen, civi Gedanensi, negotiatori et  
factori nostro, vel ipsius plenipotenti seu mandatariis, permittat et, cum  
opus fuerit, literis ad hoc datis permitti faciat, ut duodecim plausta  
maiora vini Rhenani, vulgo Zolfutter dicta, per loca et ditiones Maiestatis  
Vestrae pro usu nostro vel aulae nostrae, si forte diutius nos abesse con-  
tingerit, deferre et transportare absque teloneo, vectigali, licentiis aliaque  
exactione, pro more inter Christianos Principes recepto, possit. Quod nos  
inter reliqua amoris erga nos Maiestatis Vestrae argumenta reponemus,  
longam eidem et prosperam valetudinem et felicissimos ubique successus  
a Deo precamur. Datum Varsaviae, die X<sup>a</sup> mensis Julii, anno Domini  
MDCXXXVI<sup>o</sup>.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

benevolus cognatus  
Ioannes Casimirus.

*In dorso: Serenissimo et Potentissimo Principi Domino Christiano  
IV etc.*

*Alia manu: 13 Februarii 1637. Hae literae a Domino Reventlovio mihi  
traditiae sunt Anderschoviae.*

*Hic in archivo repositum est nunc documentum, quod a nobis nu-  
mero 148 signatur.*

Varsaviae, 20 Iulii 1648.

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de morte Vladislai IV.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Ioannes Casimirus, Dei gratia Suecorum, Gottorum Vandolorumque  
haereditarius Rex, natus Poloniae Princeps, Magnus Finlandiae nec non

Opoliae, Ratiboriae Dux, Serenissimo Principi Domino Friderico, Dei gratia electo Daniae, Norvegiae, Vandalorum, Gottorumque Regi, Slesvicensi <sup>a)</sup>, Holsatiae Stormariae, Ditmarsiaeque Duci, Comiti in Oldenburg et Delmenhorst, Domino, Affini et Vicino nostro charissimo et observandissimo.

Serenissime Princeps, Domine, Affinis et Vicine noster charissime et observandissime.

Summo recentique huic dolori nostro, tantaeque Domus nostrae Regiae orbitati, in quam nos praecox et immatura Serenissimi Regis fratrī nostri desideratissimi praecipitavit mortalitas, suo quoque Vestram Maiestatem aggemere dolore aequum iudicamus. Vitam enim tam amici cognatiue Principis Serenissimae Maiestatis Vestrae Domus, quemadmodum magno ei semper stetisse solatio, ita ea sine aequali non posse privari dolore, certo confidimus. Nec est, quod Maiestatem Vestram ad communionem iusti huius luctus novis provocemus argumentis, a qua ab antiquo tot vinculis firmata amicitia id iure suo exigit, satius in id incumbendum existimamus, ut illa inter nos firma stabilisque permaneat, quae tot auctoramentis per tanta inter utramque Regiam Domum crevit temporis intervalla. Pro quo ac debemus, regie adnixuri sumus, ne quid de ea quoquomodo libetur, idem de Vestra Maiestate sibi polliciti. Quam diutissime valere omnibusque desideratis potiri votis, ex animo vovemus. Datum Varsaviae, die XX mensis Julii, anno Domini M.D.CXLVIII, Regni nostri Sueciae anno primo.

Maiestatis Vestrae Serenissimae

bonus affinis

Ioannes Casimirus Rex.

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Friderico etc.

*Alia manu:* Princeps Poloniae. Praesentatae Flensburch den 11 Octobris 1648.

a) in ms. Slesvicensis

N. 193.

*Varsaviae, 30 Julii 1648.*

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
rogat, ut summa 50.000 talerorum a Vladislao IV Christiano IV praestita,  
Samueli von Surck, casum suum referenti, persolvatur.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Unsern freundlichen grusz und was wir sonst mehr liebes und guttes vermögen iederzeit bevohr.

Durchläuchtingster könig, freundlich-geliebter herr ohäimb.

Wir befinden nach absterben unnsers in Gott ruhenden herren bruders Vladislai IV. königes zu Pohlen undt Schweden unter anndern aus denen verhandenen schrifften, wass massen se.königl. würd. dem durchläuchtingsten fürsten, herren Christiano IV. könige zu Dänemark undt Norwegen, Ewr.Königl.Würd. herren vater, christ-seeligster gedächtnuss, eine summa von 50.000 rthl. laut der darüber unterm dato Copenhagen den 4.Septemb ao 1644 ausgegebenen verschreibung, baar vorgesetzet, undt nachmals solche summa ihren beyden factoren Samuel von Surck undt Hanss Schmeiss assigniret, auch zu derer erhebung ihnen die original-verschreibung undt quittanz ausgegeben. Mit welchen documenten sich Hanss Schmeiss in abgewichenem 1647sten Jahre dahin auffgemachet undt, vermittelst der ihme mitgegebenen königl. promotorialien die satisfaction unterhänigst gesuchet. Worauff sich se.königl. würd. zu Dänemarck undt Norwegen, christmildester gedächtnuss, damaln in Fride-richsburg den 11.Augusti nicht allein schriftlich erkläret mit allem fleiss dahin zu trachten, damit desshalben die satisfaction zum allerförderlichsten geschehen möge, sonndern auch nachmals annderweit mündtlichen bescheidt ertheilen undt beynebst dero reichsräthen mitgeben lassen, bemeldte in den reichs nutzen verwendete gelder vor allen anndern zum allerförderlichsten guttzuthun.

Es hat unnnss aber erwehnter Samuel von Surck vorietzo allhier bey seiner unterhänigsten auffwartung mit wehmuth demüthigst zu vernehmen gegeben, dass, obwol sein handelss-consort Hanss Schmeiss eine geraume zeit selbst undt biss dato durch geordnete vollmächtiger, die bezahlung entweder im Kiehler umschlag oder aus anndern baaren gefallen zuerhalten, unterhänigst sollicitiret, so were doch über verhoffen nichts erfolget, wodurch sie an fernerer unterhänigster auffwartung hiesiges orthes undt ihrer zeitlichen wollfarth sehr behindert auch in ihrer handlung am credit geschwächet würden.

Nun sollte zwar auch unnnss, Ewr. Königl. Würd. zu gefallen, sehr angenemb sein, wann dessfalss einiger verzug hinführro noch statt haben könnte. Es ist unnnss aber gnugsamb bekant, dass bemeldte factorn mit ihrem verschuss auch sonst iederzeit trew unterhänigst gedienet, undt solche gelder ohne verlust ihrer zeitlichen wollfarth undt gäntzliche hindansetzung der unterhänigsten dienste, wormit sie noch ihr.lbd., der königinn zu Pohlen, undt unnnss an handen gehen, nicht länger entrathen können. Wesswegen unnnss dann obliegen wil, nach höchstmeldt. sr. königl. würd. unnnseres herren bruders absterben, vermöge gewisser dessfalss nachgelassener verordnung zu beobachten, damit ihnen undt iedem in dergleichen fällen geholffen werden möge.

Wann dann Ewe. Königl. Würd. einen würcklichen ausschlag durch gnädige anordnung bey Dero reichsräthen hierinne geben undt also unnnse factorn dadurch bey ihrer wollfarth undt unterhänigsten auffwartung allhier erhalten können. Allss gelanget an Ewe.Königl.Würd. hiermit unnnser freundt-ohäimbliches bitten, Sie geruhnen, unnnss zu liebe, die eygentliche versehung durch Ihre reichsräthe zu thun, damit solche post, gemäss der königl. verschreibung, offtbemeldten Samuel von Surck undt Hanss Schmeiss oder ihren gevollmächtigten, gegen ausantwortung der königl. verschreibung undt quittanz numehro ohn allen fernern verzug würcklich möge abgetragen undt gäntzlich guttgethan werden. Welche unnnss hierinnen erwiesene freundt-ohäimbliche willfähigkeit in gleichen undt anndern

fällen besten vermögens zu ersetzen, wir unns hinwiederumb iederzeit werden angelegen sein lassen. Wozu wir unns freundt-ohäimlich hiermit anerbiethen undt Ewe. Königl. Würd. sambt Dero königl. hause der gnadenreichen obwaltung dess Höchsten zu allem wollergehen trewlichst empfahlen.

Gegeben in Warschaw den XXX. monatstag Julii dess MDCXLVIII. jahres, unnseres reiches Schweden im 1.jahre.

Ewr. Königl. Würd.

dienstwilliger oheimb <sup>1)</sup>  
Johan Kasimier

1) dienstwilliger oheimb *manu propria regis.*

N. 194.

Varsaviae, 30 Julii 1648.

*Ioannes Casimirus princeps Poloniae  
ad consiliarios regni Daniae;  
a membris Consilii Status petit, ut eiusdem causae curam habeant.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Johann Casimir, von Gottes gnaden der Schweden, Gothen und Wenden erbköning, groszfürst in Finland, hertzog zu Ehesten und Carelen, herr zu Ingermanland, princ zu Pohlen etc.

Unnsern gruss undt geneygten willen zuvohr.

Wollgebohrne Herren reichsräthe, liebe besonndere.

Denenselbten wirdt annoch in guthem gedächtnuss sein, welcher gestalt unnsrer hochgeehrter herr bruder, der durchläuchtigste fürst, herr Vladislaus IV., könig zu Pohlen undt Schweden, glorwürdigisten andenkens, dem auch durchlauchtigsten fürsten, herren Christiano IV., könige zu Dänemarck undt Norwegen, glorwürdigster gedächtnuss, eine summa von 50 000 rthl. laut der darüber unterm dato Copenhagen den 4.Sepetbris ao 1644 ausgegebenen verschreibung zu dero reichs nutzen vorgesetzt, undt nachmals so-bemeldte summa ihren undt unnsren factoren, Samuel von Surck undt Hanss Schmeiss, assigniret, auch zu dem ende sr.königl.würd. zu Dänemarck undt Norwegen original-verschreibung undt ihre eygenhändige quittanz ausgegeben. Worauff sich auch in abgewiechenem 1647<sup>sten</sup> Jahre bemeldter Hanss Schmeiss dahin auffgemachet undt vermittelst der ihme mitgegebenen königl. promotorialien die satisfaction unterthänigst seines orthes gesuchet.

Nun hat zwar se.königl.würd. zu Dänemarck undt Norwegen, christmildester gedächtnuss, sich damaln in Friderichsburg den 11.Augusti schriftlich erklärret, mit allem fleiss dahin zu trachten, dass desshalb zum allerforderlichsten die satisfaction geschehen möchte, auch hernach annderweit mündlichen bescheidt ertheilen undt an die Herren, allss reichsräthe, die ordre ergehen lassen, solche post vor allen annndern zum allerforderlichsten, gemäss der verschreibung, hinwiederumb guttzuthun.

Es hat unns aber vorietzo erwehnter Samuel von Surck allhier bey seiner unterthänigsten auffwartung mit wehmuth demüthigst vorgetragen, dass, obwol sein handelss-consort Hanss Schmeiss eine geraume zeit selbst, undt biss dato durch geordnete vollmächtiger, die bezahlung entweder im Kiehler umbschlage oder aber aus andern baaren gefällen zu erhalten, unterthänigst daselbst sollicitiret, dennoch über alles verhoffen nichts erfolget were, wodurch sie an fernerer uffwartung, wormit sie auch noch ihr.lbd., der königin zu Pohlen, undt unnss hiesiges orthes unterthänigst an handen gehen undt ihrer zeitlichen wollfarth sehr behindert, auch in ihrer handlung am credit geschwächet würden.

Wann unnss dann gnugsamb bekandt, dass offtbemeldte unnsere factorn mit ihrem verschuss undt sonst iederzeit trew unterthänigst gedienet, undt aus angezogenen erheblichen ursachen die angewiesene post nicht länger entrathen können, unnss aber nach absterben sr.königl.würd., unnsers hochgeehrten herren bruders, vermöge gewisser dessfaßs nachgelassener verordnung, obliegen wil, die vorsehung zu thun, damit ihnen undt jedem in dergleichen fällen geholffen werden möge.

Allss ersuchen wir hiermit die Herren, Sie wollen Ihres vermögenden orthes auff mittel, wie Sie allbereit über sich genommen, bedacht sein, wormit unnsern beyden factorn, Samuel von Surck undt Hanss Schmeiss oder ihren gevollmächtigten, gegen ausantwortung der königl. verschreibung undt quittanz, numehr ohn allen fernern verzug die obbenante post,nach anleitung sr.königl. würd. zu Däneimarck undt Norwegen darüber ausgegebenen verschreibung, würcklich möge guttgethan undt gäntzlich abgetragen werden. Wie wir unnss nu dessen hierauf unfelbahr versehen, also verbleiben wir den Herren, nebst empfhalung Derselbten in göttliche bewahrung, zu allem geneygt willen hingegen beygethan.

Gegeben in Warschaw den XXX.monatstag Julii dess MDCXLVIII. jahres, unnseres reiches Schweden im 1<sup>sten</sup> jahre.

Johan Kasimier

*In dorso:* Denen wohlgeborenen unnsern lieben besondern sämbtlichen Herren reichräthen der chron Dennemarck

*Alia manu:* Konigh Johan Casimir in Polen wegen der 50 000 rthlr., so von seinem hern bruder angelehen.

N. 195.

Varsaviae, 25 Novembris 1648.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de vinis Rhenanis.*

(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

*Textus quasi identicus ac N. 154.*

*In dorso, manu recentiore:* Foraeret af hr provst Terpager 1751.

Cracoviae, 12 Februarii 1649.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
rogat, ut Samueli von Surck summa 50.000 talerorum persolvatur.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Unern <sup>z)</sup> freundtlichen grus und was wier sonst mehr liebes undt guttes vermögen anuor.

Durchlauchtigster könig, freundlich geliebter herr ohäimb.

Wier haben Ew. Königl. Liebd. freundlich beyzubringen nicht umb gehen können, was massen uns unssre factoren Samuel von Surck unndt Hans Schmeis in unterthänigsten gehorsamb beygebracht, das sy auf unsseres christmildestes gedächtnus, herrn bruders beschehene cession unndt anweissung die Dero herrn vaters, glorwürdigsten andenkens, vorgeschoßene 50<sup>m</sup> reichsth. de dato nach <sup>z)</sup> nicht habhaft werden können, sondern selbige, nicht ohne geringe verkürzung ihrer wohlfarth unndt gewerbs, entpehren müssen. Dannenhero auch unssere königl. interuentionales abermahlen wehmutig unndt flehentlich ersuchet. Weile wir dan erheblicher ursachen halber, in sonderheit aber in betrachtung der von seiner königl. wurde, unssers herrn bruders, hinterlassenen verordnung unndt letzten willens obliegen thut, obbemelten unssern factoren allen fördersamben willen in einbringung diesser gelder zu erzeigen, wier auch des von Surck perschon in anderwertigen unssern angelegenheiten zu gebrauchen hochbenötigt.

Als gelanget an Ew. Königl. Liebd. unsser freundliches ersuchen, Sy wollen die gewessene endtliche anordnung bey Dero reichsräthen zu thun sich beliben lassen, damit mehrgedachte unssere factoren, ohne fernere auffzug und weitlaufigkeiten, gedachte summa der 50<sup>m</sup> rthl. gegen darreichung der gehörigen inhabenden königl. quittanz, erheben undt einmahl gäntzlichen befriediget werden mögen. Wie wier nun der unfeilbahnen zuuersicht leben, Ew. Königl. Liebd. werden diese unssere interuentionales duckgedachten Samuel von Surck und Hans Schmeissen wohl zustatten kommen lassen, und in ansehung derienigen ihnen mit aller willfähigkeit, was zu völliger endtlicher contentirung gereichen mag, begegnen. Alss versichern wir Diesselbte, das, in gleichen undt andern fällen, wir iederzeit mit allen annehmlichkeiten Deroselben hinwider willig undt bereit erscheinen wollen.

Ew. Königl. Libd. dabey sambt Dero gantzen königl. hauss Göttlicher prouidenz zu gutter, langwierig, bestendiger leibes gesundtheit und allem wohlstande trewlich empfheldent. Datum in unsserer burg Crakaw den XII<sup>ten</sup> monatstag February des MDCXLIX<sup>ten</sup>, unsserer reiche des polniischen und schwedischen in ersten jhare.

Johannes Casimirus von Gottes gnaden könig in Pohlen, groszfurst in Littawen, Reuszen, Preuszen, Maszouien, Samayten, Lifflande, Smolensko und Czernichaw, wie auch der Schweden, Gotten unndt Wenden erbkönig.

Ew. Königl. Libd.

Wielliger ohäimb und affectionirter bruder,  
Johan Kasimier

*In dorso:* Dem durchlauchtigstenn undt grosmächtigsten fursten, herrn Friedrich den Dritten von Gottes gnaden königen in Dennemarck etc.

*Alia manu: Praesentatae Copenhaen den 7.Aprilis ao 1649.*

*Item alia manu: Dies schreiben hat der her statthalter <sup>1)</sup> mir zugestellt mitt dem befehl es biss auff den herrentagh beyzuleghen.*

<sup>1)</sup> scil. Joachim Gersdorff

<sup>2)</sup> sic in ms.

*N. 197.*

*Pieczyska, 24 Octobris 1650.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;*

*Samuelem von Surck (Sorgke) et Joannem Schmeissen, commendat.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensiae, Czernihoviaeque, nec non Suecorum, Gottorum Vandalarumque haereditarius Rex, Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio etc.,

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster carissime.

Redit iterato ad Serenitatem Vestram officium hoc nostrae intercessionis, pro Honestis Samuele von Sorgke et Joanne Schmeissen, factoribus nostris, quibus, cum Serenissimus Divae Memoriae Dominus, frater et praedecessor noster desideratissimus, certam sumمام videlicet quinquaginta millia tallerorum imperialium Serenissimo Divae Memoriae Domino, Serenitatis Vestrae Parenti, concreditam, et pro usibus tum Regni illius commodatam cessisset authentico instrumento suaे donationis, iidemque rei suaे satagentes, ad Serenitatis Vestrae quaestores ac mandatarios cum dicta assignatione recurrisse, ab eisdem ad conventum anno et mense praesenti in Dania celebrandum reiecti fuerunt. Quo termino iam appetente, redeunt iidem creditores, petitum sibi satisfieri et praedictam sumمام sine ulteriori dilatione adnumerari, promisso mandatariorum Serenitatis Vestrae freti, qui pro illius solutione spoponderunt. Eos igitur uti factores, et sicut ante Serenissimi nostri praedecessoris, ita nunc Serenitatis Vestrae creditores, visum est nobis benigne comitari praesentibus, atque a Serenitate Vestra amanter et fraterne postulare, velit executoribus suaे voluntatis serio demandare, ut praedictis nostris factoribus summam hanc realiter et integre exolvi faciant, ipsorumque rationes et fidem, quae res mercatorum in primis constant, triennali patientia et expectatione non mediocriter labefactam, ulterius differendo non conterant, in grave et irreparabile ipsorum detrimentum, nihil ambigentes Serenitatem Vestram rem, iustitiae ita consentaneam, mandato suo efficaciter esse promoturam. De reliquo Serenitatem Vestram Divinae protectioni commendamus. Dabantur in Piezischo, die XXIV mensis Octobris, anno Domini MDCL, Regnorum nostrorum Poloniae secundo, Sueciae vero III<sup>0</sup> anno.

*Eiusdem Serenitatis Vestrae*

<sup>a)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes Casimirus Rex <sup>b)</sup>.

a)-b) *manu propria.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae*

*Fridericum III regem Daniae*

*rogat, ut Martino Köhler, civi Gedanensi, cuius duae naves a praedonibus  
Danicis bello praecedenti raptae sunt, damna sarciantur.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Wir Johannes Casimirus von Gottes gnaden könig zu Pohlen etc. der Schweden etc. erbkönig, entbieten dem durchleuchtigsten fursten, herrn Friderico dem Dritten, zu Dennemarcken etc. könige etc.,

Durleuchtigster furst, freundlicher lieber oheimb.

Wir mögen S.L. hiemit unangefuget nicht sein lassen, welcher gestalt wir von dem ehrbahren unserm bürger zu Dantzig und lieben getrewen Marten Köhlern in unterhäniger gebuhr belanget worden, wir geruheten unsere vorschrift und intercession bei Ew.Ld. vor demselben, damit er zu seinen in verwichenen jahren zur see, in dem damahlichen zwischen beiden cronen Dennemarck und Schweden vorgegangenen kriegeswesen,<sup>1)</sup> womit unsere unterthanen nichts zu schaffen gehabt, von den dänischen capers und bergerschiffen entnommenen zween schiffen und darin verhandenen guttern dermahleins hinwiederumb gelangen möchte, einzulegen, und ihm damit beforderlich zu sein, wie solches alles auss der beilage Ew.L. mit mehrern referiret werden kan.

Welches wir denn, umb so viel desto mehr alss wir uns versichert halten, dass Ew.L. solche unsere vor unserm unterthanen eingelegte vorschrift zu beobachten geneiget sein werden, hiemit verfuget und Ew.L. freundlich ersuchet haben wollen. Dieselbe die gebuhrliche anordnung zu thun geruhen wolten, damit obgeregter unser unterthan zu dem wenigen, so ihm von rechts wegen gebühren thete, ohne weitleufigtem verschlep und vorenthaltung Ew.L. bedienten, auch umb dieser intercession willen, kommen und gelangen möge, in erwiegung dass solches nicht allein beider reiche compactaten und allgemeinen rechten gemess, sondern auch dass hiebeuor unser in Gott ruhender seligen herr bruder und antecessor an Ew.L. dessfals intercedendo gelangen lassen. Ess wird auch unss daneben gantz angenehm beikommen, dass diese unsere mehrerwehnte promotoriales bei Ew.L. so gültig gewesen, dass wir dahero solche billige willfahrung umb Ew.L. in dergleichen und andern fällen hinwiederumb zu erkennen und einzubringen allezeit willig sein werden.

Womit wir Ew.L. der göttlichen protection zu aller königlichen hohen prosperität empfehlen. Warschaw den 7.Martii ao 1652.

Ew.Ld.

gutwilliger oheim und  
bruder <sup>a)</sup>

Johan Kasimier m.p.

*In dorso:* Dem durchleuchtigsten <sup>b)</sup>, grossmächtigsten fursten, herrn Friderico dem Dritten zu Dennemarcken etc. könige etc..

*Alia manu:* König in Pohlen  
Intercessionales pro Martin Köhlen

a) gutwilliger ... bruder *manu propria regis*      1) sc. *bellum 1643-1645*

b) durchleuchtigsten *correct. ex* durchleuch-  
tigen

*Leopoli, 2 Martii 1656.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
auxilia Danica ad Gedanum contra Suecos defendendum expostulat.  
(Orig., sig. Sequitur identica epistola orig. cum sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Postquam, erupta contra omne fas induciarum fide, Suecus Regnum nostrum invasit, nosque aliis bellis distentos, iniustis armis adortus est, cum non dubitemus Serenitati Vestrae varia de nobis perferri, significandum Serenitati Vestrae, pro officio bonae vicinitatis semper nobiscum et cum Antecessoribus nostris optime cultae, putavimus, talia nobis a Deo subministrari subsidia, quod Divino freti auxilio brevi Regnum populosque nostros ex his calamitatibus nos liberaturos confidimus. Non solum enim omnes exercitus nostri ad obsequium nostrum redierunt, verum etiam Tartarorum Hani ita Deus ipse conciliavit erga nos animum, ut sponte sub finem praeteriti autumni in auxilium nobis cum omnibus suis copiis venerit, et iterum brevi se reversurum cum tanto, quanto voluerimus, exercitu polliceatur, et iam hucusque advenisset, nisi eum hyeme pabuli inopia prohibuisset. Exercitus quoque Cosacorum nostrorum Zaporoviensium vires, quibus imperium nostrum excusserat, nunc in gratiam nostram receptus, in hostes nostros vertit, intra paucos dies validis copiis exercitus nostros aucturus. Caesus est etiam hostis aliquot in locis a milite nostro, non inultus, Deo iuvante, abiturus, postquam omnes vires nostras in unum brevi contrahemus. Itaque id Serenitati Vestrae significare simulque eam rogare voluimus, ut civitati nostrae Dantiscanae auxilium ferre velit contra communem hostem, ex cuius crescente potentia quid Serenitati Vestrae immineat periculi, non dubitamus Serenitatem Vestram optime perspicere. Aget pluribus ea de re cum Serenitate Vestra Civitas nostra Dantiscana, cui in communi causa ne Serenitas Vestra deesse velit, iterato rogamus, pollicemurque, quod quidquid cum eadem civitate nostra Serenitas Vestra constituerit, ratum gratumque habebimus et omni officiorum genere compensabimus. Dabantur in civitate nostra Leopoli, die 2da mensis Martii, anno Domini MDCLVI<sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae VIII anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus, vicinus et frater  
Joannes Casimirus b).

a)-b) *manu propria.*

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio etc.*

*Alia manu: Praesentatae die 20 Julii anno 1656.*

Lublini, 10 Septembris 1656.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
conqueritur Suecos omnia mediationis tentamina semper reieccisse.*

(*Orig., sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Quo loco res nostrae sint, et alternante licet vices fortuna, pares tamen nobis ac suffecturas retundendo hosti vires haberi, successumque nuperrime foelicem, profligato lectissimo Suecorum equitatu, binis nostris Serenitati Vestrae amice communicavimus. Minime vero dubitamus pro vicini cognatique Principis affectu ac pervetusta, quae inter Serenissimos Antecessores nostros Regnaque Poloniae et Daniae constanter viguit amicitia, Serenitatem Vestram bellis ad praesens nostris, quibus iniustissimis conflictamur, indolere, optarique ab Eadem christiano animo, ut pax et tranquillitas Regno nostro dominiisque adnexis postliminio restituatur. Evidem nos semper tranquillitatē publicam et pacem optimam rerum enixa cura habuimus, pertaesī bellorum, quae tot per annos variante successu cum rebellibus nostris et vicinis hostibus continuo geregamus. Sed occasio turbarum nostrarum cupiditati Sueticae persuasit in primis tractatus binos Lubecenses in praeliminariibus dissolvere, legationem deinde nostram Stoholmiam missam (contra datam semel et iterum fidem facilioris pacificationis sine mediatoribus) irritam et inanem dimittere, et postquam Rex possessor Sueciae, violato gentium iure pactorumque et induciarum omni religione contempta, in provincias nostras sine ulla clarigatione irruptionem fecit, apud elatum foelici abruptae fidel successu, et spes votaque sua non capientem, repetitae legationes nostrae nihil omnino proficere potuerunt. Ex intervallo deinde superiore fortuna nostra, aliqua pacis mentio per Legatum Serenissimi Regis Galliarum, Dominum de Lumbres, iniecta, quam nos haud ingrato animo accipientes, securitati tamen nostrae contra pactorum violatores firmandae, fixum in animo habuimus nequaquam a mediatoribus discedere, quos nominavimus Serenissimos Imperatorem Romanorum, Regem Galliarum, Serenitatem Vestram et Celsos ac Praepotentes Foederati Belgii provinciarum Ordines Generales. Nobis deinceps contra insinuatum est mediationem Imperatoris, semel iam reiectam, resumi non posse; Serenitatem Vestram pro suspecto a Suecis haberi, quod classi Hollandicae per fauces Oresundicas contra pacta liberum transitum permiserit; Foederati Belgii Ordines Generales hostium loco esse, quod eadem classe instructa mare Balticum obtineant, infestaque rebus Suecorum moliantur. Cum vero legationem ad nos a Foederati Belgii Ordinibus Generalibus destinatam esse ex literis eorundem Legatorum, tardius licet allatis, intellexerimus, venturosque ad nos brevi speremus, exegit a nobis officii ratio, ut Serenitati Vestrae ea de re nunciantes fidum cognatae propensionis affectum et illibatam amicitiam nostram contestemur. Porro utilitati publicae utriusque nostrum Regnorumque Poloniae et Daniae plurimum conducere putamus, ut Serenitas Vestra

mandatarium suum ad nos quam primum ablegare statuat, neque res nostras, quibus Regni Daniae rationes annexae sunt, omittendas pro sua prudentia existimet. De reliquo Serenitati Vestrae prospera quaevis cum voto longaevae incolumitatis ex animo precamur. Datae in Regia Civitate nostra Lublinensi, die X<sup>a</sup> mensis Septembris, anno Domini MDCLVI, Regnorum nostrorum Poloniae VIII, Sueciae IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus vicinus et frater  
Joannes Casimirus <sup>b).</sup>

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.

*Alia manu:* Praesentatae Hafniae circa 4 die mensis Octobris anni 1656.

a)-b) *manu propria.*

*N. 201.*

*In castris ad villam Sędziny, 14 Octobris 1656.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de successibus in bello Suecico nuper reportatis; de legatis ad invicem  
mittendis.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Ad nuncium adpulsae littoribus nostris classis Serenitatis Vestrae atque Hollandicae, bona spe fuimus robur exinde rebus nostris accessurum, hostemque notae perfidiae et Regnorum invasorem communi opera infractum ac debilitatum iri. Exigit vero bonae vicinitatis fidaeque et cognatae cum Serenitate Vesta amicitiae ratio, ut moventibus nobis versus civitatem nostram Gedanensem nec longo iam intervallo certiore ea de re Serenitatem Vestram faciamus, simulque de latiori successu, quem Divina bonitas nuperime rebus nostris indulsi[t] <sup>a)</sup>, caeso in confiniis Ducalis Prussiae hostium exercitu et redactis in captivitatem Boguslao Radziwiłł, Stabuli Magni Ducatus Lithuaniae Praefecto, perduelle nostro, Generali Brandenburgico Valdek et Valrot, Israele Generali Suetico, Colonello Brunel Pudlwec et aliis permultis. Perutile porro fuerit publico tam vicinorum Regnorum bono et integritati (quod prioribus literis insinuavimus) mandatarium aliquem a Serenitate Vesta hasce in oras destinari. Quod nos ex parte nostra prompte faceremus, mittendo legationem ad Serenitatem Vestram. Sed cum momenta rerum ex eventibus dependent, et pro temporibus varientur, opportunum magis videtur adesse aliquem Serenitatis Vestrae nomine mandatis instructum, quo cum ex re nata sufficienter coram conferamus. Quod prudentiae Serenitati Vestrae committentes, eidem de reliquo optimam valetudinem et prospera quaeque ex animo vovemus. Datae in castris ad villam Sędziny, die XIV mensis

Octobris, anno Domini MDCLVI, Regnorum nostrorum Poloniae VIII,  
Sueciae IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

b) bonus cognatus et frater  
Joannes Casimirus c).

In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.

Alia manu: Praesentatae die 6 Novembris anno 1656.

a) hic charta flexa.  
b)-c) manu propria.

N. 202.

Gedani, 29 Novembris 1656.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de oppidis expugnatis atque de Gedanum ingressu; de secretis regis Daniae  
conatibus cum Suecis pertractandi.*

(*Orig., sig.*)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi,  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Non possumus satis depraedicare Serenitatis Vestrae erga nos Regnumque et ditiones nostras propensum et vere fraternal affectum, quem Serenitas Vestra non tantum comprobavit eximiis rerum documentis, orbi universo demonstratis, sed quoque per litteras de die nona Octobris anni praesentis, exuberantis amoris plenissimas, luculenter declaravit. Deprehenderunt nos illae, cum expugnata per vim Lancicia Brandenburgico praesidio insessa, locisque aliis recuperatis, versus Prussiam cum exercitu tenderemus, in cuius aditu Choinicium, aliquanto tempore oppugnatum, per ditionem recepimus, Principe Anhaltino cum praesidiariis militibus versus Pomeraniam migrare iussis. Exinde ulterius pergentes, nunquam se offerente hoste, licet praeclara et magnifica multa iactaverat, ad duo circiter millaria prope Gedanum locavimus castra et ipsi fidelissimam nobis civitatem feliciter et auspicate sumus ingressi; in id nunc serio incumbentes, quo belli huius reliquias, Divina adspirante gratia, pari felicitate conficiamus. Quod dum agimus, Christianissimi Regis et Foederati Belgii Ordinum legati ad colloquia concilianda pacis inter nos Regeremque Sueciae continuanda, adventum nostrum in hanc urbem praestolantes, occasionem praebuerunt, neque ultra colloquia hactenus processum est, quandoquidem constituimus ad nullos condescendere tractatus, antequam de soliditate intentionis Sueciae Regis planissime nobis constet, et nostras Regnique nostri res ita stabilire possimus, ne qua arte aut circumventione in nova pericula coniificantur. Ante omnia vero id sedulo cavere decrevimus, ne Serenitati Vestrae singulare suum pro conservatione Civitatis nostrae Dantiscanae multisque aliis modis erga nos declaratum studium damno sit. Eam vicissim in Serenitatis Vestrae sincero affectu re-

ponentes fiduciam, quandoquidem fama fert, fore aliquos tractatus inter Serenitatem Vestram Regemque Sueciae, nihil in iis actum iri festinanter aut absque praevia nobiscum communicatione. Et quia per hanc viciniam proprius alter alteri sumus admoti, a Serenitate Vestra fraterne requiri mus, ut aliquem ex ministris status ad nos mittat, qui pariter cum aliis pacificationis negotiationi, si qua futura est, interveniat; vel certe alium inferioris conditionis probum ac fidum virum praemittat, per quem absque pompa ac strepitu de communi nostro Regnorumque ac Dominiorum nostrorum bono conferre valeamus et sincerissimis consiliis nostris astutissimi hostis nostri fallere vafriciem <sup>a)</sup>. Nos idem pridem iam fecissemus, sed aula nostra tot tantisque exposita est speculatoribus, ut hoc tecte ac secretum nullatenus fieri possit.

Significamus praeterea Serenitati Vestrae Vilnensem nostram cum Moschis commissionem satis prospere finitam esse; successionis enim post sera fata nostra in Regnum approbatio seu tractatus ad Comitia usque reiecti sunt. Atque interea non suspensio tantum armorum inter nos sancita, sed et coniunctio eorundem contra Suecos ita, ut hoc temporis, quod in potestate nostra est, interstitio accedente, superna gratia singulare aliquid peragi posse non dubitemus. Cum Electore Brandenburgico Corvinus Gonscevius, noster Lithuanus Generalis Locumtenens, similiter aliquot septimanarum constituit armistitium, fructum ac precium eius nobis promittendo: electoris a Suecis separationem et redditum ad pristinum, in quo antea fuit, statum. Quod superest, Serenitati Vestrae optimam valetudinem et prosperos rerum successus a Deo immortali precamur. Dabantur Dantisci, die XXIX mensis Novembris, anno Domini MDCLVI<sup>t</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae VIII, Sueciae vero IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus frater, vicinus et amicus  
Joannes Casimirus manu propria <sup>c)</sup>.

a) sic in ms.

b)-c) manu propria.

N. 203.

Gedani, 13 Decembris 1656.

Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de regis Daniae plenipotentiario recepto et auditio.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Altera iam decurrit hebdomas, ex quo Serenitatem Vestram de adventu nostro in Civitatem nostram Gedanensem certiore reddidimus: simulque in votis nobis esse, ut Plenipotentiarius a Serenitate Vestra publicis commodis et tranquillitatibus mutuae prospecturus adveniat, fraterne insinuavimus. Supervenit vero hisce diebus epistola Serenitatis Vestrae, data Haffnia XII Novembris, testis sincerae erga nos Remque Polonam

amicitiae et inclinationis, quam ore tenus etiam repreaesentavit Mandatarius Serenitatis Vestrae, hic residens Henricus Matthesius, a nobis libenter admissus auditusque. Respondemus pari animi studio Serenitati Vestrae illud a Deo Ter Maximo intime precantes, ut nihil adverse, publice vel privatum eveniat, quo foelicitas et rerum melior status Serenitatis Vestrae preturbetur, sed fundata et firma securitate, maioribus etiam incrementis assurgat. Reliqua ex mente nostra tam per nos ipsos quam per Illustrissimum Regni nostri Supremum Cancellarium declarata, uberius exponet dictus Mandatarius Serenitatis Vestrae, quam interim Divinae protectioni commendamus. Datae in Civitate nostra Gedanensi, die XIII mensis Decembris, anno Domini MDCLVI, Regnorum nostrorum Poloniae VIII, Sueciae vero IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes Casimirus manu propria b).

a)-b) *manu propria.*

N. 204.

Gedani, 29 Decembris 1656.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de regis Daniae misso excepto; de Cracovia a Regni marescalco oppugnata.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Nihil aequa nobis gratum obvenire potuit ac praesens Serenitatis Vestrae humanitas, profecta e fraterna in nos propensione, dum res nostras cordi esse Serenitati Vestrae apprime videmus. Quamobrem non solum benevolo sensu excepimus missum ad nos Generosum Henricum Willemson Rosenwinge, eiusdem deputatum extraordinarium, cum quo de omnibus, quae ad commoda utriusque Regni spectant, peramanter conferemus, sed ulterius quoque grati animi nostri testimonium Serenitati Vestrae referre studebimus, non passuri utique, ut Serenitas Vestra quidpiam in nobis de bonae viciniae amica correspondentia et fraterno affectu possit desiderare. Exercitum nostrum, quem adlatus habuimus, visum nobis est, ob invalescentis brumae rigores, in stativa disponere, ita tamen, ut ad quosvis nostros iussus praesto adesse possit; maiora interim e diversis Regni nostri provinciis praeparamenta et barbarorum subsidiaria agmina congregaturi. Cracoviam quoque Mareschallus noster arctiori obsidione usque adeo fatigat, ut Suecorum praesidium inibi existens ad esum imundorum animalium pree ammonae penuria dudum compulerit. Dei favente clementia, brevi speramus hostem sensurum armorum nostrorum sonum, quibus, uti Serenitatatem Vestram fraternalis votis aspirare confidimus, ita eidem longaevam incolumentem et quosvis laetissimos successus ex animo precamur. Datae in Civitate nostra Gedanensi, die XXIX

mensis Decembris, anno Domini MDCLVI, Regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae IX anno.

a) frater, amicus et vicinus amantissimus  
Joannes Casimirus Rex b).

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio etc.*

*Alia manu: Reddita 6 Januarii anno 1657.*

a)-b) *manu propria.*

N. 205.

*Gedani, 8 Februarii 1657.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
Guilelmum Paterson, vicecolonellum suum, commendat.*

(*Orig., sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Cognate et Vicine noster charissime.

Alienum prorsus ab officio nostro regio videretur, si viros fide et strenua opera nobis probatos commendationis inanes vacuosque dimitteremus. Neque enim rectius quidquam virtuti debere, nisi omnem favorem: nec quemquam propiori iure aequam Regum benevolentiam sibi vendicare, nisi omnes virtutis eiusque comitis gloriae studiosos, eo in censu optime meritorum et animi decoris avidi cum iure reponendus sit nobilis William Paterson, Vicecolonellus noster, eundem sacramento nostro, quo se nobis Regnoque Poloniae aliquot abhinc annis devinxerat, nuper exolutum destinanteque obsequio Serenitatis Vestrae inclarescere hisce nostris comitatum, minime ambigentes pondus fore apud Serenitatem Vestram commendationis nostrarae. Dignus profecto erit, cui post tot bellicas occasiones ad latus nostrum strenue arreptas, etiam de Serenitate Vestra benemerendi et virtutis exercendae pateat campus. Quem nos iterato Serenitati Vestrae commendantes, prosperos de reliquo rerum omnium successus Serenitati Vestrae precamur. Datae in Urbe nostra regia Gedanensi, die VIII mensis Februarii, anno Domini MDCLVII, regnorum nostrorum Poloniae et Sueciae IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus cognatus, amicus et vicinus  
Joannes Casimirus manu propria b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.*

*Alia manu: Regis Poloniae commendatitiae pro c) Vice-colonello William Paterson. Datae Gedani 8 Februarii 1657. Praesentatae Hafniae, mense Aprili 1657.*

a)-b) *manu propria.*

c) sequitur verbum Colon deletum.

Gedani, 9 Februarii 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae,  
de suo pacis desiderio et de Suecorum perfidia.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Et Christiani Principis officio, et amicorum Principum studiis consiliisque consentaneum duximus, ut ad faciendam cum hoste nostro pacem propenso animo inclinaremus, modo honesta illa et secura obtineri firma-rique posset, qua etiam maxime causa in Prussiam cum exercitu admove-ramus; honestatis rationem in eo collocantes, ut ablata omnia praesenti bello nobis restituerentur; securitatis autem, ut interposita Caesareae Maiestatis, Serenitatis Vestrae ac Celsorum et Praepotentum <sup>a)</sup> Dominorum Foederati Belgii Ordinum Generalium auctoritas atque vires, securitatem Maris Baltici et Regni Nostri tranquillum statum futuris temporibus amice conservarent. Sed quam indigne retroactis temporibus hostes media omnia pacis sprevere, eodem porro consilio pergunt, pacis nomen in ore habentes, animo autem longe a pace alieni, et quibus unica cura est ostentatione pacis ludere, ac rebus interim nostris faventes Principes alio factionibus suis devertere. Quapropter, vix forte ulla spe pacis honestae et securae reliqua, serio praeparare bellum ac Deo iudici et vindici committere eventum decrevimus, prout responsionem nostram datam hesterna die legatis Gallicis et Hollandicis Serenitati Vestrae fideliter referendam, intimare et explicare fecimus Generoso viro Henrico Willemsen Rosenvinge, Serenitatis Vestrae ad nos Deputato Extraordinario. Cum vero praetactus Serenitatis Vestrae Deputatus Extraordinarius nullis se mandatis instruc-tum diceret, quorum auctoritate et robore inter nos ac Serenitatem Vestram rationes nostrae et Regnorum nostrorum ad invicem firmius colliga-rentur, integrum Serenitati Vestrae (si ita collibuerit, quod ex parte nostra magnopere desideramus) manebit arctioris coniunctionis consilium et me-dia capere. Quo fine deputavimus plenipotentiarios nostros expectaturos Gedani resolutionem Serenitatis Vestrae, data eisdem facultate cum Generoso Serenitatis Vestrae Deputato Extraordinario tractandi, postquam suf-ficientia instrumenta ad talem actum a Serenitate Vestra acceperit. De reliquo amicam et fraternalm nostram Serenitati Vestrae ita declaramus propensionem, nihil nos antiquius habituros, quam ut bona vicissim officia et sinceram correspondentiam animorumque coniunctionem Serenitati Vestrae approbemus. Ac interim Serenitati Vestrae optimam valetudinem ac prosperos rerum successus a Deo ex animo precamur. Datae Gedani, die IX mensis Februarii, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Polo-niae et Sueciae IX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> amantissimus frater, amicus et vicinus  
Joannes Casimirus manu propria <sup>c)</sup>.

a) sic in ms.

b)-c) manu propria.

*In Claro Monte Czestochoviensi, 17 Martii 1657.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de internuntio suo extraordinario in Daniam misso.*

(*Orig., sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi,  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

*Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.*

*Cum nil magis semper in votis habeamus, quam ut antiquos foederum  
et constantis amicitiae nexus, qui nobis cum Serenitate Vestra intercedunt,  
novis semper excolamus amoris authoramentis, demandavimus Commis-  
sariis nostris, quos Gedani reliquimus, ut, cum Deputato Extraordinario  
Serenitatis Vestrae illic existente conferrent de omnibus, quaecunque ad  
utriusque Imperii dignitatem et commoda pertinerent, quatenus ille a Se-  
renitate Vestra concessam exhiberet facultatem. Cum vero nobis non li-  
queat, utrum quidpiam inibi sit conclusum et stabilitum, mittimus Inter-  
nuncium nostrum extraordinarium, Generosum Tobiam Morstyn, Subda-  
piferum Cracoviensem, intimum camerae nostrae familiarem, qui Sereni-  
tati Vestrae uberius testimonium propensissimae nostrae in eandem vo-  
luntatis exhibeat, et eidem nostro nomine certa negocia eo spectantia  
exponat. Cui ut Serenitas Vestra plenam in omnibus fidem adhibeat et  
eundem nostri intuitu benevolentia sua prosequatur, peramanter rogamus;  
optimam interim valetudinem et quosvis fortunatissimos successus Sere-  
nitati Vestrae a Deo Ter Maximo animitus exoptantes. Dabantur in Claro  
Monte Czestochoviensi, die XVII mensis Martii, anno Domini MDCLVII,  
Regorum nostrorum Poloniae et Sueciae IX anno.*

*Eiusdem Serenitatis Vestrae*

<sup>a)</sup> *bonus frater, amicus et vicinus*  
*Joannes Casimirus manu propria* <sup>b)</sup>.

<sup>a)-b)</sup> *manu propria.*

*In castris prope Cracoviam, mense Augusti 1657.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
Fridericum III regem Daniae  
adversus Sueciam et Galliam monet; promittit nulla se pacta cum Suecis  
initurum, nisi prius Fridericum III certiores redderet.*

(*Orig., anulo obsignatum.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Unsern freündlichen grües und was wir sonst mehr liebes und guts  
vermögen zuvor.

Durchlauchtigster fürst, freundlicher lieber oheimb und bruder.

Uns ist bericht einkommen, ob solten sowol die schwedische als französische factionen durch dero gesandten es wollen dahin bearbeiten, das Ew.Kön.Wür.u.Ld sich in einige tractaten einlassen möchten. Welcher halben wir wol versichert sein, das E.Kön.W.u.Ld. so gestalten sachen nach, und in consideration der mit uns und dem hauss Österreich getroffenen allianc nimmer eingehen werden. Dennoch dieses E.Kön.W.u.Ld. haben anmercklich zu verstehen geben wollen, dass Deroselben wol bewust, mit was rencken und schwencken die schwedische parthejen umbgangen, und was der Frantzos seines interesse halben intentirn thut. Wir halten es gentzlich dauor, das E.Kön.W.u.Ld. solches alles wol considerirend, diesen sachen die gebührende mass wol werden zu geben wissen. Nichts desto weniger haben wir dieses zur erinnerung gebürlich anfügen wollen.

Wir hetten zwar gerne occasion ergriffen, Ew.Kön.W.u.Ld. eine secunde zu erweisen. Weilen aber unsere armeen nebst den Österreichern itzo mit dem Rakocischen wesen begriffen seind, mit welchen wir numehr gantz richtig und er schon nach hause sich mit unserm comitat gezogen. Alss haben wir solche secunde nicht abgeben können, werden aber in kurtzem, eine importante diuersion zu machen, eine armee in Pommern gehen lassen, sobald wir mit dem general Würtzen<sup>1)</sup> in Crakau richtig. Darauf sich E.Kön.W.u.Ld. gentzlich zu verlassen haben.

Nach dem vertrage<sup>2)</sup> so ist die rakocische armee von den Tartarn gantz umbringt und aufgerieben, wie wol wider unsren willen. Ihn selbst<sup>3)</sup> haben wir durch die unserigen kümmert nach Siebenbürgen saluiren helfen. Dieses haben wir E.Kön.W.u.Ld. in guter confidentz ausisirn wollen.

Getröstens uns dergleichen standhaftigkeit der einmal gefasten allianc, darob wir nochmaln E.Kön.W.u.Ld. die versicherung thuen, das ohne Dero vorbewust wir mit den Schweden nichts eingehen noch verhengen werden, welches einigerley weiss E.Kön.W.u.Ld. stat nachtheilig sein möchte.

Im ubrigen thuen wir E.Kön.W.u.Ld. der göttlichen obacht empfehlen. Datum im feldläger vor Crakau den<sup>a)</sup> Augusti ao 1657.

Ew.Ld.

gutwilliger oheimb und  
bruder<sup>b)</sup>  
Johan Kasimier m.p.

*In dorso: Au roy de Dennemarck et Norweg,  
mon tres cher frere, voisin et allié*

*Alia manu, recentiore (18.saec.?):*

Ao 1657 Kong Frederich d. 3 tilskrefen af kong Casimir af Pohlen, Sverrig angaaende.

a) dies deest

1) scil. Paul Wirtz, seu Würtz, Würz

b) gutwilliger ... bruder: *manu propria regis*

2) scil. sub Czarny Ostrów Julii 1657

3) scil. Georgius II Rakoczy

Cracoviae, 27 Augusti 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae  
de Stephano Czarniecki Danis contra Suecos in auxilium missos.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia rex Poloniae etc., Serenissimo Principi,  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.  
Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Postulat a nobis tam initi foederis nexus, quam Serenitatis Vestrae in  
nos affectus, nosterque vicissim in eam amor, ut postquam communis  
noster hostis in Serenitatem Vestram vires suas vertit, quantocius auxilia,  
quae ad praesens possumus, Serenitati Vestrae submittamus. Quare quam-  
primum cum Transylvano debellatum est, mittimus nobis sincere dilectum  
Stephanum Czarniecki, Palatinum Terrarum Russiae, in Pomeraniam cum  
sex millibus equitum, cui mandavimus, ut ibi Serenitatis Vestrae iussis  
morem gerat. Non omittemus deinceps praestare, quidquid ad boni con-  
foederati officium mutuamque Regnorum et populorum nostrorum secu-  
ritatem pertinet. Nunc Cracovia, sede Regni nostri, recuperata, in Prussiam  
exercitum intra aliquot dies movemus, ut inde electo hoste totis viribus  
contra eumdem Serenitati Vestrae assistamus. <sup>a)</sup> Cui felicissima quaeque  
et victoriam apprantes, longaevam incolumitatem optamus. Datae in  
castris ad Cracoviam, die XXVII mensis Augusti, anno Domini MDCLVII<sup>o</sup>,  
Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> frater et amicus amantissimus  
Joannes Casimirus manu propria <sup>c)</sup>.

a) *in ms. verbum Cui expunctum.*

b)-c) *manu propria.*

Cracoviae, 4 Septembbris 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de transactione ab internuntio suo Tobia Morsztyn in Dania conclusa,  
de Cracovia ex hoste recepta.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi,  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Obvenere nobis literae Internunciis nostri apud Serenitatem Vestram  
existentis una cum transcripto transactionis, quam ibidem nostro nomine  
cum Commissariis Serenitatis Vestrae feliciter conclusit. Cuius ratificatio-

nem a parte nostra et Regni nostri Senatorum eo lubentius ad manus eiusdem Internuncii nostri transmittimus, quo arctiori amoris nexu de vinciri nos per eam Serenitati Vestrae videmus. Cuius gloriae et fortunae fraternis votis nostris aspiramus, ut avita Maiorum Serenitatis Vestrae per Septentrionem decora, isthoc ferrum, quod contra communem hostem distringit, felicissime accumulet. Nos porro post profligatum Transylvaniae Principem et receptam regiam urbem nostram Cracoviam, qua ratione exercitus nostros et Serenissimi Hungariae Regis armorum progressus ordinabimus, referet Serenitati Vestrae idem fideliter nobis dilectus Internuncius noster Extraordinarius Tobias Morstenius, uti et alia Serenitati Vestrae scitu pernecessaria. Cui ut plenam in omnibus fidem praestare velit, peramanter rogamus, bonam interim valetudinem et fortunatissimos successus Serenitati Vestrae ex animo a Deo Ter Optimo Maximo exoptantes. Dabantur in Regia nostra Cracoviensi, die IV mensis Septembbris, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) frater, vicinus et amicus amantissimus  
Joannes Casimirus Rex manu propria b).

*Alia manu in margine sup.: Duplicic \*).*

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae. Praesentatae Haffniae die 16 Septembbris anno 1657.*

a)-b) *manu propria.*

\**) alterum exemplar deest in archivio.*

N. 211.

*In civitate Ottoniensi, 10 Septembbris 1657.*

*Fridericus III rex Daniae  
ad Ioannem Casimirum regem Poloniae;  
urget, ut sibi contra Suecos ex Polonia auxilia mittantur.*

*(Exemplar.) \*)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Au Roy de Pologne et Suède  
Mon trecher<sup>a)</sup> cousin, frère et allié.

Serenissime Princeps, Frater et Confoederate charissime.

Gratissimae in primis nobis fuere literae Serenitatis Vestrae, in Castris Cracoviensibus proxime elapso mense Augusto ad nos datae, nobisque a Serenitatis Vestrae Internuncio Domino Mornstein exhibitae, tum quod Serenitas Vestra illis de foedere nuper nobiscum inito sancte et inviolabiliter servando, quam pace cum hostibus nostris in nostri praejudicium nullatenus ineunda, nos certiores ac securos reddidit. Idem ut de nobis sentiat et nos neque Gallorum vel Suecorum factionibus neque alia ulla de causa a pactis, non ita pridem utrinque placitis, discessuros, certo sibi Serenitas Sua persuadeat, fraterne petimus. Et ubi certa spe nitimur Serenitatem Vestram, iuxta tenorem praedictarum suarum literarum, Cra-

covia jam in potestatem suam redacta Racocianoque exercitu debellato, in nostri subsidium ac diversionem hostium exercitum bellicosissimorum hominum brevi in Pomeraniam missuram. Ita necessarium omnino duximus, cum omnis Suetici belli moles, a cervicibus Serenitatis Vestrae nostri causa abducta, in nostris haereditariis Ducatibus Holsatiae et Sleswici ac Provinciae Jutiae ferro flammaque grassetur, auxiliares has copias denuo instantissime urgere. Et quanquam munitiones ac fortalitia omnia praedictarum regionum in nostra adhuc sint potestate, ac cum non ita pridem communis hostis noster cum magno conatu fortalitium Friderichsodde obsideret, ob nostram praesentiam ac acrem defensionem obsidionem solvere coactus fuerit, nihilominus nobiscum exercitus noster diversionem promissam quantocytus desiderat. Serenitati Vestrae omnia fausta appre-  
camur. Dabantur in civitate nostra Ottonensi X septembbris 1657.

Serenitatis Vestrae

frater amice ac confoederate charissime <sup>a)</sup>  
Fridericus.

*In dorso:* Copia literarum Regis Daniae ad Regem Poloniae.

a) sic in ms.

\* Relatum in copiario T.K.U.A. Alm. del 1676.

Latina 1652-1661, fol. 279 v. - 280 r.

N. 212.

Varsaviae, 16 Octobris 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de pace cum electore Brandenburgico et de auxiliis mittendis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Cognate et Vicine noster charissime.

Quod Serenitas Vestra pro communi utriusque nostrum bono desideravit, secuta est tandem pax inter nos et Serenissimum Electorem Brandenburgicum, quam ut mutuo colloquio firmemus, intra paucos dies cum supranominato Serenissimo Electore conveniemus eaque statuemus, quae ad ferenda Serenitati Vestrae auxilia et hostem mutuum debellandum pertinebunt. Quod reliquum est, longaevam valetudinem et felicia quaeque Serenitati Vestrae ex animo optamus. Datum Varsaviae, die XVI mensis Octobris, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes Casimirus manu propria <sup>b)</sup>.

a)-b) *manu propria.*

Varsaviae, 16 Octobris 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
universis;  
vini Rhenani quantitatem pro hoc anno sufficientem se recepisse testatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc.

Universis et singulis, ad quorum notitiam praesentes nostraræ devenerint literæ, notum facimus Spectabilem Joannem Rahdt, Consulem Coloniensem, Factorem nostrum, totum integrumque numerum quadraginta octo plaustrorum majorum vini Rhenani, vulgo Zollfuder dictorum, juxta obligationem moremque solitum, pro anno 1656 ad aulam nostram advenisse iisque, quibus negotium illud commisimus, plene reddidisse. De quo numero vini Rhenani pro anno praesenti eundem quietamus et <sup>a)</sup> nobis in omnibus satisfactum esse integre attestamur. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas sigillo regio communiri mandavimus. Datae Varsaviae, die XVI mensis Octobris, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Joannes Casimirus Rex.

Franciscus Hilbrant  
Canonicus Varsaviensis Suae Maiestatis Secretarius.

*Alia manu: Attestatio ratione vini Rhenani.*

<sup>a)</sup> in ms. verbum indistincte scriptum.

Bydgostiae, 7 Novembris 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de pace ac foedere cum electore Brandenburgico inito.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice, Vicine et Confoederate noster charissime.

Qui ab aliquo tempore inter nos et Serenissimum Electorem Brandenburgicum instituti erant tractatus, felici in hac urbe nostro congressu terminati sunt eo eventu, ut non tantum hostilia inter nos cessaverint, sed foedus arctum contra communem hostem coaluerit; mox in lucem fulgore armorum se proditurum, dummodo Serenissimum Hungariae Bohemiaeque Regem ad eadem arma in Pomeraniam <sup>a)</sup> expedienda induxerimus. Cui rei dum incumbimus, optamus, ut Serenitas Vestra idem a parte sua praestet: cum nobis id sit praecipuum consilii, omissis illis quae in Prussia

occaeperamus, et exercitu nostro ... <sup>b)</sup> auxiliari aliquantum redintegrato, hac hyeme inimicum una cum Serenissimo Electore in Pomerania imperare et amicae Daniae incubantem detrahere. Interim praemisimus Magnificum Czarnecium, Palatinum Russiae, qui die XXVIII mensis elapsi, trajecta Odera, brevi progressibus suis Serenitati Vestrae innotescet: et in posterum omnia eo conferemus, ut foedus cum Serenitate Vestra initum in dies firmetur amplius, aemula partium de mutuis commodis cura. Denique prosperrimos rerum successus et optimam valetudinem Serenitati Vestrae animitus appreciamur. Datae in urbe nostra Brombergensi, die VII mensis Novembris, anno 1657.

Serenitatis Vestrae

c) bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes Casimirus Rex manu propria. <sup>d)</sup>

a) in ms.: in Pomerania

b) hic in ms. duae litterae, quae non leguntur.

c)-d) manu propria.

N. 215.

Posnaniae, 17 Novembris 1657.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de palatino Russiae [Stephano Czarnieckii] in Pomeraniam misso aliisque  
exercituum translationibus.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Qua festinatione cum copiis, quas habemus universis, in hosticum atque ad avertendum a Serenitate Vestra premendumque communem hostem properemus, persuasum nobis est Serenitatem Vestram latere non posse. Implicatae tamen hactenus difficilis belli istius rationes, occupatusque necessario ad utramque, hoc est Cracoviensem Posnaniensemque, Metropolim peditatus id agere duntaxat permisit, ut syncere nobis dilectum Palatinum Russiae cum expedito equitatu in Pomeraniam mitteremus, datis ei mandatis, ut quamvis nec peditatu nec tormentis instructus esset, ad Serenitatem tamen Vestram penetraret, aut distineret hostem, donec nos exercitum omnem, ab oppugnationibus iam expeditum, ad fines Regni nostri hostiliumque ditionum, quod iam prope effecimus, promoveremus. Coegit interim nos Pomeraniae situs flaviis paludibusque impeditus et autumnalis temporis ratio, quo loca suapte natura incommoda longe redundunt difficillima, ut equestres illas copias aliquantulum revocaremus, quas hoc tempore ipsa locorum iniquitate facile in discrimen adduci posse videbamus. Confidimus id nullo universi belli, rerumque Serenitatis Vestrae, quibus nostras proprias potiores carioresque non habemus, incommmodo futurum, cum interea integrum validumque ac rebus omnibus instructum, non in promptu, sed in procinctu habeamus exercitum, atque de motis iam iusti Numinis auxilio in Pomeraniam castris, nuntium ad Sere-

nitatem Vestram propediem nos ablegatueros confidimus. Rebus de his omnibus deque consilii nostri ratione quamprimum Serenitati Vestrae significandum censuimus, ne quid remissius a nobis agi existimet atque eo facilius nobis indicare possit, si quid praeterea fieri optaverit Serenitas Vestra. Cuius rationibus non minus ac nostris consultum prospectumque cupientes, ei optimam incolumitatem felicissimosque Regnorum suorum successus a Deo fraterne comprecamur. Datum Posnaniae, die XVII mensis Novembris, anno Domini MDCLVII, Regnorum nostrorum Poloniae IX, Sueciae vero X anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

frater, amicus, vicinus charissimus  
Joannes Casimirus.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae.*

*Item alia manu: Praesentatae den 10 Decembris 657.*

*N. 216.*

*Varsaviae, 21 Martii 1658.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad [Fridericum III regem Daniae]  
de hostis in Dania successibus ac de difficultatibus in mittendis auxiliis.*

*(Orig., sig.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Serenissime Princeps, Domine, Frater, Consanguinee, Vicine et Foederate charissime.

Constare non dubito Serenitati Vestrae de his, quae Berolini inter mutuos foederis nostri plenipotentiarios acta et constituta sunt: ex iisque eandem intellexisse abunde, nihil in me morae fuisse esseque, quo ista omnia exequerentur, tanto vero ocius, quo me magis ea perstringunt nova, quae de successibus Suecorum in Dominiis Serenitatis Vestrae, hic passim ab eorum fautoribus, falso utinam! vulgantur. Nihil etenim literarum a Serenitate Vestra hactenus habere potuimus, hocque ipsum mean maxime in dies auget solitudinem, ita rebus Serenitatis Vestrae affecto, ut ea omnia infortunia in meipsum, dominiaque mea cadere existimem, quae Serenitati Vestrae obveniunt. Deum ipsum, ea in re sumnum Testem, appellare minime dubito, quod nihil in me eatenus desiderari passus sim, quae ad Serenitatis Vestrae securitatem asserendam pertinere posse arbitrarer. Cum et exercitus meos ad insequenda vestigia hostis praeterito autumno, ac primum potui, expediverim eosdemque ad confinia eiusdem Pomeraniae, ad hunc usque diem, ut semper in procinctu sint, excubare facio ac insuper, qua potui, acerrime hucusque institui, ut socialia haec arma, meis coniuncta, in eam ipsam Pomeraniam (divertendi et avocandi a dominiis Serenitatis Vestrae hostis communis gratia) expedirentur. Imo si facultas transitus per aliena daretur, ne expectatis quidem tardis et segnibus sociorum nostrorum dilationibus, destinatos hosce exercitus meos, obiicere iis periculis non dubitarem, modo imminenti periculo, do-

minia Serenitatis Vestrae vel proprii discriminis impendio, eximere valerem. Sed ne hoc quidem volentem me praestare sinunt ii, quorum consiliis invitus etiam obsecundare cogor. Ea de causa, infra paucos dies iter in Maiorem Poloniam suscipio, ut e propinquo, profectum hunc in Pomeraniam, exercitus Serenissimi Hungariae Regis ad condictam in tractatu Berlinensi diem (vigesimam octavam nempe mensis huius) urgeam. Hoc interea a Serenitate Vestra unice expetens, ne res suas dominiorumque suorum hac alternantis fortunae alea praecipitare quoquomodo velit, neve desperatione auxiliorum nostrorum, ad aliqua minus rebus suis dignitatique consulta, descendat cum hoc hoste foedera: affuturam certo (Deo et aequissima causa adiuvante) aliam sortem, modo tantillum sustinere velit Serenitas Vestra furiam hanc brevi remissuram, ac meo uti confirmarique exemplo, cum hunc ipsum hostem, non multo ante in ipsis tryumphis ferociter tripudiantem, simul ac repressum, fermeque ad incitas redactum idem viderit annus. Exorans insuper, ut ita secum expendat Serenitas Vestra nihil meas magis versare excercereque curas, quam praesentem Serenitatis Vestrae statum, quem animo cordeque meo insitum nunquam memoria dimitto. Atque huic in praesens prospera omnia animitus voebo. Datum Varsaviae, die XXI mensis Martii, anno MDCLVIII, Regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae vero XI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) bonus frater, vicinus et confoederatus  
Joannes Casimirus Rex. b)

a)-b) *manu propria.*

N. 217.

*In castris ad Thorunium, 11 Octobris 1658.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de cladibus hosti in Dania illatis et de auxiliis [sub Czarniecki] missis.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Fraterno certe precordiali, non modo christiano, affectu indolueramus ad casum Serenitatis Vestrae, quem iniquus invasor alienorum Regnorum etiam Regno Serenitatis Vestrae accersuerat. Nec per nos stetit, quominus statim auxilia nostra Serenitatis Vestrae submitteremus; distinebamur enim eiusdem hostis apud nos relictorum exercitum amolitione. Nec confoederati nostri adhuc tum socialia nobiscum iuxerant arma. Nunc post dolorem exertum intensius laetamur, quod nobis Serenitas Vestra communicavit subditos exercitusque suos eiusdem hostis (supra extorta a Serenitate Vestra pacta) crudelissimis provocatos avaritiis Serenitatem Vestram ad arma resumenda invitasse. Iamque (ultore Deo) eo promota, ut depulsus multis possessis provinciis hostis, in ipsa etiam Hafniae unaque Serenitatis Vestrae oppugnatione, maxima exercitus sui parte caesus atque mari in classe grandem iacturam passus, fateri necessum omnino habeat: velle

Deum, ne unquam improbis timor, ne spes absit calamitosae virtuti. Iam et nos exercitus nostri sat validam partem, Duce Illustri Palatino nostro Russiae, versus Pomeraniam et Holsatiam ac ultra expediimus. Quo et foederati nostri suos iuncturi exercitus pridem moverunt. Utetur hisce Serenitas Vestra, ac proprio, ad communem hostem propulsandum, id sibi Palatinus a nobis in mandatis accepit Serenitati Vestrae obedire. Nec quidquam deest ad spes concipiendas, quominus iam omnes Principes, qui huic foederi illigamur, communem nobis causam et hostem Serenitatis Vestrae habeamus. De caetero Serenitati Vestrae diuturnam valetudinem, optatissimosque contra hostes communes successus a Deo precamur. Datae in castris nostris ad Thorunium, die XI mensis Octobris, anno Domini MDCLVIII, Regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae XI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) Frater, amicus et confederatus amantissimus  
Joannes Casimirus Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico III etc.*

*Alia manu: Königh in Pohlen. Praesentatae Copenhagen den 4 Novembris, anno 1658.*

a)-b) *manu propria.*

N. 218.

*In castris ad Thorunium, post 11 Octobris 1658.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de regio Daniae deputato, de successibus Danicis ex hoste reportatis.*

*(Orig. sig. In archivo adiunctum est exemplar).*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico III, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Priusquam literas Serenitatis Vestrae, Septembri mense datas, accepimus, in quibus Generosum Ianum Juél de Handerbeck, in aula non olim nostra residentem, uti Deputatum ad nos extraordinarium Serenitas Vestra declaravit, iam ante non modo firmam illi fidem in omnibus, quaecunque nomine Serenitatis Vestrae proponeret, adhibebamus, verum etiam eundem regio favore nostro prosequebamur. Quod nostris quidem cum primis erga Serenitatem Vestram studiis fiebat, tum deinde ipsiusmet Generosi Residentis indoli et virtuti tribuebatur. Cuius et hactenus in negotiis Vestrae Serenitatis dexteritas ac diligentia satis enituit, nobisque probata est; et temporis progressu magis ac magis probatur atque enitescit. Quantum res et fortunam Serenitatis Vestrae spectat, quemadmodum intimo doloris sensu officiebamur, dum Status incliti Daniae Regni fatorum impulsu nutare coepisset, ita versam esse in melius sortem gaudemus ex animo, Vestraeque Serenitati plurimum caelestem illam opem gratulamur. Atque est profecto, cur iuris ac aequi vindicem et assertorem Deum veneremur, qui per nefas summumque scelus invasum ab hoste nostro communi Se-

renitatis Vestrae Regnum periculis exemit, propeque iam liberavit. Neque nostra profecto defuit in partem Serenitatis Vestrae solicitude, quantum per tempora et Regni rationes licuit, Polonum in Holsatiam exercitum una cum caesariano ac Electoris Brandenburgici destinavimus et ablegavimus, qui diutius iam ibidem versatur. In posterum praeterea certam manere cupimus Serenitatem Vestram nos, faventibus Superis, connisuros semper, ut Poloniae Daniaeque pax nunquam seiungantur: quam sive conflictus, sive tractatus nobis reddituri sint, non nisi mutuam haberi placet, nec quicquam nos a confoederatione cum Serenitate Vestra avellet. Divinam interea Maiestatem precamur, ut Serenitati Vestrae optimam valetudinem et prosperitatem pristinam tribuat ac conservet. Dabantur in castris ad Thorunium die <sup>a)</sup>, mensis <sup>a)</sup>, anno Domini MDCLVIII, Regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae vero XI anno.

<sup>b)</sup> Serenitatis Vestrae  
frater, amicus, vicinus et confederatus amantissimus  
Joannes Casimirus Rex <sup>c)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico III etc.*

*Alia manu:* König in Pohlen will keinen Particular Fried machen mit dem Könige in Schweden sondern Ihre Königliche Majestät zu Dännemarck mit einschliessen.

Praesentatae Hafniae die 21 Decembris 1658.

a) hic sequitur spatium album.  
b)-c) manu propria.

N. 219.

*In castris ad Thorunium, s.d., Novembris 1658.*

*Nicolaus Prażmowski, supremus cancellarius Regni,  
ad Fridericum III regem Daniae;  
notificat regem Poloniae numquam cum Suecis pacem separatam conclu-  
surum.*

(Exemplar.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Literae Supremi Poloniae Cancellarii ad Suam Regiam Maiestatem  
Daniae etc., exhibitae Hafniae die 21 Decembris styli veteris 1658.  
Serenissime ac Potentissime Rex!

Qua muneric mei ratio, qua singularis in Regiam Maiestatem Vestram  
affactus et cultus requirunt, ut quicquid in bonum commodumque incliti  
Daniae Regni, Regno Poloniae confoederati, facere noverim, id omne curis  
omnibus pro virili promoveam et ad ipsas votorum Maiestatis Vestrae  
deducam metas. Quo magis aequum est, Serenissimae Maiestatis Vestrae  
gratiam et favorem, literis ad me datis luculenter declaratum, venerari et  
quantulosunque in communem utriusque Regni commoditatem conatus  
meos Regiae Maiestati Vestrae gratos esse atque acceptos, gratissimum  
vicissim habere. Illustri Domino Iano Iuel, Extraordinario ad Serenissi-

rum Regem nostrum Dominumque clementissimum Regiae Maiestatis Vestrae Deputato, si quid amicioris benevolentiae studiique a me (quod tamen sentio quam sit exiguum) hactenus impensum fuit, hoc Majestatis Vestrae dignitas et officium, quo fungitur, suo sibi jure deposcebat, tum vero insignes viri dotes moresque eximii merebantur.

Pax illa, cuius Serenissima Majestas Vestra meminit, particularis, nulla unquam a nobis cum Svecis statuetur, quae Majestatem Vestram caeterosque Principes colligatos non involvat, adeoque communis non sit, in quo Majestas Vestra nihil in animo dubii premere dignetur. Nec ipse Serenissimus Rex Dominusque noster clementissimus, nec nos, Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuaniae Ministri, super aliam consensuri sumus, nisi quae Regna, nobis vinculo foederis connexa, bello solvat, pristinaeque una cum nostro restituat tranquillitatem.

Quod ubi pro candore meo Majestati Vestrae protestatus sum, eidem Majestati Vestrae gratulor impensisime feliores in Regno Majestatis Suae successus, quos ad ultimam usque felicitatem manus Domini brachiumque, in opem Majestatis Vestrae desuper extentum, deducat. Hoc voto praesentes finio meque ipsum Serenissimae Majestati Vestrae cum obsequiis meis commendando. Datum in castris ad Thorunium, die ... <sup>a)</sup>, mensis Novembris, anno 1658.

Majestatis Vestrae Regiae

deditissimus servus  
Nicolaus Prażmowski <sup>b)</sup>  
Supremus Cancellarius Regni.

a) hic sequitur spatium album.

b) in ms.: Prahmowski

N. 220.

*In castris ad Thorunium, 31 Decembris 1658.*

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
regi Daniae sibique gratulatur ob hostium clades et notificat nulla se pacta  
separata initurum.*

(*Orig.*, *sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princes, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Quam gravis in Regnum Serenitatis Vestrae ipsamque adeo Daniae metropolim e Suetico defusa fuerit climate tempestas, olim iam cum intimo doloris sensu didiceramus. Nunc Divino primum auxilio, suppetitis dein amicorum, discussam esse, quantum Vestrae Serenitati nobisque ipsis gratulemur, missis nuper literis testati sumus, id quod praesentibus etiam testamur. Optamus insuper et speramus novos Serenitati Vestrae felicitatis accessus integraeque tandem ac ultimae metam tranquillitatis. Et vero tum insignis hostium in Baltico clades, classis item iactura, tum

et prospera nostrorum ac socialium in peninsulis insulisque Serenitatis Vestrae armorum fortuna, optimum nobis et proximum belli huius exitum pollicentur, quem potens illud Numen praestet. Cuius nos quoque auspicio dextrisque conatibus nostris Torunium ad deditioem impulimus atque in nostram recepimus potestatem. Speciales cum Suecis tractatus nequaquam meditamus; nihilque est, quod Serenitatem Vestram moveat, id variis quorundam agitari suspicionibus, quin et sermonibus circumferri. Labes ista candoris nostri fideique foret; quam nobis nullum insperget tempus. Constat orbi nos semper semperque gentem, quam regimus, verbo ac iuri stetisse omnibus; nec tamen falli quam fallere probossum duxisse. Securam igitur nostri Serenitatem Vestram cupimus; quod ipsum prioribus nostris ad Serenitatem Vestram datis declaravimus luculenter. Simul gratissimum habemus Vestrae Serenitatis in affectu nexuque nobiscum foederato constantiam, literis fusius explicatam. Caeterum, quae praesens negocium pacis, vel ulterius prosequendi belli, non minus nos ipsos quam Serenitatem Vestram concernunt, iussu nostro declarabit Serenitati Vestrae Generosus Ablegatus noster, cui ut plenam indubitatamque adhibeat fidem Serenitas Vestra, diligentissime postulamus, speramusque desiderio nostro et expectationi responsuram. Cui valetudinem et prosperitatem, quam ample votum sese porrigit nostrum, apprecciamur. Datae in castris nostris ad Thorunium sitis, die XXXI mensis Decembris, anno Domini MDCLVIII, Regnorum nostrorum Poloniae X, Sueciae vero XI anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

a) frater, amicus, confederatus et vicinus amantissimus  
Joannes Casimirus Rex b).

In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.

*Alia manu:* König in Pohlen, aus dem Lager für Thorn, vom 31 December Anno 1658. Gratulirt wegen arrivirten Statischer succurses in Kopenhagen. Hat Thorn eingenommen. Wil keine Particular Tractaten mit Schweden machen.

Praesentatae Hafniae die ... c) Januar 1659.

a)-b) *manu propria.*

c) *hic sequitur spatium album.*

N. 221.

Varsaviae, 9 Augusti 1659.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
laetatur, quod rex Daniae a separatis tractatibus cum Suecis abhorreat.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Friderico Tertio, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Quanquam literae Serenitatis Vestrae, septima mensis Iunii datae, quarum in literis suis trigesima Iunii scriptis mentionem facit, ad nos non pervenerint, satis tamen nobis ex publica fama constitit, quam, memorando ad posteritatem constantiae exemplo, omnibus persuasionibus propositionibusque atque ipsis propius admotis armis classibusque, neque in particulares tractatus condescendere voluerit. Eadem animi apud nos constantiam repromittere Serenitati Vestrae possumus et re ipsa adprobare studemus, nec unquam animus est recedendi ab illis, quae tam per Internuntium nostrum Serenitati Vestrae, quam et Ministro Serenitatis Vestrae, circa eius discessum declaravimus, idque amplius clariusque Serenitati Vestrae patebit, ubi ad tractatus in Prussia brevi instituendos ministros suos, nec hoste ipso id iam refragante, mittere voluerit. De caetero Serenitatem Vestram bene valere et prosperis rerum successibus gaudere ex animo optamus. Datae Varsaviae, die IX<sup>o</sup> mensis Augusti, anno Domini MDCLIX<sup>o</sup>, Regnorum nostrorum Poloniae XI<sup>o</sup>, Sueciae XII<sup>o</sup>.

Serenitatis Vestrae

a) amicus, vicinus, confederatus et frater amantissimus  
Joannes Casimirus manu propria b).

a)-b) *manu propria.*

N. 222.

Varsaviae, 3 Octobris 1659.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de tractatibus cum Suecis et de internuntio extraordinario revocato.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater, Amice, Vicine et Confoederate charissime.

Ipsa instantium tractatum cum Suecis in Borussia occasione, quo nobis melius circa illum congressum de gestis circa negotium pacis a Suecis in Dania, deque iis, quae usui in futuris tractatibus esse possint, constet, revocandum esse duximus aliquantis per ab aula Serenitatis Vestrae Generosum Thobiām de Raciborskō Morstīn, Intimum Camerarium et apud Serenitatem Vestram Extraordinarium Internuntium nostrum. Quem abeuntem et brevi, si res postulaverit, redditum, ut Serenitas Vestra benevole abscedere, gratiaque sua prosequi velit, amice postulamus. De caetero Serenitati Vestrae bonam valetudinem et optimos rerum optamus successus. Datae Varsaviae, die IIII mensis Octobris, anno Domini MDCLIX, Regnorum nostrorum Poloniae XI<sup>o</sup>, Sueciae vero XII<sup>o</sup> anno.

Serenitatis Vestrae

amicus, frater, vicinus et foederatus benevolus  
Joannes Casimirus manu propria.

Varsaviae, 3 Octobris 1659.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de tractatibus cum Suecis in Prussia  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Ioannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi  
Domino Friderico III, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.*

*Serenissime Princeps, Frater, Amice, Foederate et Vicine noster char-  
rissime.*

*Postquam nuperrima Oratoris Christianissimi Regis relatione accepi-  
mus, plenipotentiarios Suecorum ad futuros pacis universalis tractatus  
in Prussia adesse Commissarios, quantocius id Serenitati Vestrae signi-  
ficandum putavimus: cum quibus mediante eodem Regis Christianissimi  
oratore, cum certum quid de loco et tempore dictorum tractatum consti-  
tutum conventumque fuerit, provero id Serenitati Vestrae notum faciemus  
nuncio. Interim eidem Serenitati Vestrae felices optatosque in sustinendo  
et frangendo tam pertinaci hoste successus, longaevam valetudinem et om-  
nia prospera a Deo ex animo precamur. Datae Varsaviae, die IIII mensis  
Octobris 1659. Regnorum nostrorum Poloniae XI<sup>0</sup>, Sueciae vero XII<sup>0</sup> anno.*

*Eiusdem Serenitatis Vestrae*

*a) frater, amicus, federatus et vicinus benevolus  
Joannes Casimirus manu propria. b)*

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico III etc.*

*Alia manu: Rex Poloniae notificiret der Schwedischen ministrorum  
ankunft in Preussen, zu den universal Friedenstractaten. Praesenta-  
tae d ... c) Octobris.*

*a)-b) manu propria.*

*c) hic spatium album.*

Gedani, 4 Maii 1660.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Nicolaum de Bye, residentem Polonicum Hagae Comitum;  
vehementer corripit eum contra iusiurandum egisse; ideo statim de-  
cernere debet, cui servire velit: Poloniae regi, an Holsatiae duci.  
(Exemplar)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Johannes Cashimirus.*

*Unsern gnädigen gruess und geneigten willen zuvor.*

*Woledler, lieber getrewer.*

*Wir müssen Euch hiemit unter augen stellen, wie hoch wir affiret  
worden, da wir vernommen, wie dass Ihr wieder Ewere unss verpflichtete*

trewe in denen sachen, darinn Ihr unsere und unser hoch aluirten, in sonderheit des königes von Dännemarcken, bestes hettet suchen sollen. Dennoch wieder denselben vor dem hertzoge in Holstein<sup>1)</sup> mit den herren General Staten tractiret, und also denen dännemärckischen alda anwesenden deputirten grosse difficultäten verursachet habet, und sein unss dergleichen Ewere proceduren in mehren vorkommen, ob wir es wol nicht glauben können. Nunmehr aber erspüren wir es tädlich, dass wir dahero wol hohe ursach haben, Euch durch andere mittel Ewere trewe und competirenden negotiationen zu erinnernen. Wie wir dann auff den wiedrigen fall, da Ihr Ewere actiones vor unss nicht anders anstellet und obged. deputirten alda keine satisfaction und ashistentz thuet, wir solche mittel wieder Euch zu verhängen veruhrsachet werden, die Euch unerträglich fallen möchten. Ihr habet solches würcklich zu enderen und Euch alssbald von unserigen, oder des ged. hertzogn, geschäfftten und diensten, weile keiner zweyten herren in contrari geschäfftten dienen kan, zu absentiren, und nicht ferner wieder unss, unserer reichen und hohen alliirten, bevorab den könig in Dännemarck und dessen wolfarth, zu agiren, welches wir ernstlich meinen thun.

Datum Dantzig den 4.Maii ao 1660.

Johannes Casimirus Rex.

Dem wolledlen unserm resi-  
denter ins Gravenhage  
und lieben getrewen Nicolao  
de Bye.

*In dorso: Schreiben des konigs in Pohlen an seinem residenten im Graffenhaag, Nicolao de Bye.*

1) scil. Christianus Albertus, *dux in Holsatia-Gottorpia*

N. 225.

Varsaviae, 12 Julii 1660.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae  
de subditis Polonis libere e Dania dimittendis.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine ac Confoederate noster charissime.

Cum iam pax inter Daniae et Sueciae Regna sit constituta, Serenitasque Vestra iam tot copiis, ut tempore belli, nunc pacatis rebus minime indigeat, memores Serenitatis Vestrae promissi, Generoso Thobiae Morstin, Subdapifero Cracoviensi et ad Serenitatem Vestram Ablegato nostro, dati, Polonus omnes a Suecis ad Serenitatem Vestram certiori spe redditus in patriam, profugos libere ad nos dimittendi et absolvendi, peramanter Serenitatem Vestram pro iisdem rogamus, ut illos pro hac intercessione nostra e Dominii suis libere dimittere et mari navibus Gedanum, provisa

iisdem omni meliori securitate, transmittere dignetur. Si quidem et nos moderno Moschovitico bello implicati copias nostras augere necesse habeamus, non dubitamus itaque nos eam facilitatem et propensionem hoc in passu a Serenitate Vestra relatuos, quam etiam et nos in absolvendis Serenitatis Vestrae hominibus, in Regno nostro militantibus, Serenitati Vestrae sumus contestati. Cui de caetero optimam a Deo valetudinem flicesque rerum successus adprecamur. Datae Varsaviae, die XII<sup>0</sup> mensis Julii, anno MDCLX, Regnorum nostrorum Poloniae XII<sup>0</sup>, Sueciae vero XIII<sup>0</sup> anno.

Serenitatis Vestrae

a) bonus frater, vicinus et confederatus  
Joannes Casimirus Rex. b)

*In margine inf.:* Ad S. Regem Daniae pro dimittendis Polonis.

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc.

*Alia manu:* Regis Poloniae avviaitoriae pro Ablegato suo Domino de Morstein.

Praesentatae: Aug. 1660.

a)-b) *manu propria.*

N. 226.

Viscoviae, 12 Januarii 1662.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae  
rogat, ut bona reginae, ex nave naufragium passa recuperata, ad consulem  
Gallicum Hamburgi transmittantur.  
(Orig., vestig. sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Durchleichtigster fürst, freundlich gelibter herr oheimb undt bruder.

Wir haben nachricht erhalten, dass in Ewer Königl.Würde undt Ld. gebieth ein schiff mit gewissen wahren (so ihre liebd unser frau gemahlin auss Frankreich verschrrieben) gestrandtet haben. Undt also, wie etwan Dero orthen üblich, Dero königlichem fisco zugezogen worden sein solle. Nun wollen wir aber hoffen, Ew. Königl.Würden wegen der vertreülichen freundschaft beeder unserer königlichen heüser, da Sie schon auss einigen rechten zu solchen gestrandten güttern befüget wehren, dessfals dennoch unss und gemelt ihre ld. exempt halten werden. Wie dieselbe dan derwegen gleichmessig an Ew.Königl.Würden undt Ld. absonderlich gelangen thuet. Undt wird in disem der consul de France zu Hamburg, Jacques Martin <sup>1)</sup>, ein aussführliches register aller dererselben gütter vortragen, deme Ew.Kön.Würd. guten glauben geben. Und also darüber ohmbfreündlich verordtnen wolten, damit mehrgedachte gestrandte gütter demselben zu weiterer anhero sendung, extradirt werden möchten. Ew. Königl.Würden bezeigten damit unss und ihre ld. unserer frau gemahlin ein besonders genehme freundschaft, die wir in dergleichen begebenheit hinwiderumb ohmbfreündlich erkennen und Deroselben zu willfahren unvergessen bleiben werden.

Dieselbe göttlicher protection zu allem hohen königlichen aufnehmen  
getreülich empfehlend. Datum Wiskowa den 12.Januarii ao.1662.

Ew.L.

gutwilliger oheimb und bruder <sup>a)</sup>  
Johan Kasimier R.

L.S.R.M. ad R.Dan.

[Litterae Serenissimi Regis Maiestatis ad Regem Daniae]

*In dorso:* Dem durchleütigsten fürsten, herrn Friderico dem Tritten,  
zu Dennemarcken etc. könige etc.

*Alia manu:* Danchtreu

*Item alia manu:* Polnische sachen

a) Ew. L. ... bruder *manu propria regis.*

1) *Nomen J. Martin in « Repertorium der diplomatischen Vertreter aller Länder », I, Berolino 1936, deest.*

N. 227.

Varsaviae, 26 Julii 1662.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;*

*Annam Iustinam de Goldbach, viduam, in lite de testamento commendat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Durchleütigster fürst, freundlich geliebter herr oheim und bruder.

Es hat unss die edle Anna Justina von Goldbach, geborne von Reichenwald, wittib, ihren ietzigen armseeligen zustand, und sonderlich dass sie zu ihrer müetterlichen erbschaffts gerechtigkeit auss verhinderung ihres bruders Hanss von Reichenwald nit gelangen könne, und also auss mangel deroselben grosse noth und ellend leiden müese, supplicando vorgebracht und zugleich gebetten, an E.Ld. für sie zu desto ehender erlangung der gerechtigkeit und sonst hülffe zu schreiben. Dieweil unss dann selbst ihr schwærer zustand zu nit wenigem mitleiden und zugleich auch diss bewogen, dass sie ein so starcke hoffnung auff unsere recommendationsschrift gestelt. Alss gesinnen wir hiemit an E.Ld. freundohmb- und briiederlich, Sie wollen der supplicantin, alss einer verlassenen wittib, so weit trost und hülff erzeigen, damit sie zu dem ihrigen gelangen und sonst Dero königlichen gnaden empfinden möge.

Verbleiben E.Ld. hiebey mit freundohmb- und briiederlicher affection wol zugethan. Datum Warschau den 26.Julii anno Domini 1662, unserer königreichen dess polnischen im 14<sup>ten</sup> und dess schwedischen im 15<sup>ten</sup> iahr.

E.Ld.

gutwilliger oheimb und bruder <sup>a)</sup>  
Johan Kasimier R.

Recommendationschreiben... <sup>b)</sup> König in Dennem.... <sup>b)</sup>

a) gutwilliger ... bruder *manu propria regis*

b) *verba desunt, pars chartae abscissa est*

Varsaviae, 12 Maii 1667.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de morte Ludovicae Mariae reginae, uxoris suaे.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Ita rerum mortalium Arbitro et Supremo Moderatori visum, ut nupero  
die X Maii gloriosae memoriae Serenissima Ludovica Maria Regina, di-  
lectissima Consors nostra, e caduca hac et calamitosa ad meliorem aeter-  
namque vitam transferretur. Tristem hunc casum, sorte licet humana ex-  
cusatum, non possumus tamen, pro teneritudine affectus nostri, mediocri  
dolore sustinere, nam mensura doloris amor est, quo singulari erga tot  
eximis dotibus ornatam et virilibus curis sexum exuentem Reginam defla-  
gravimus. Amicitiae nostrae fraternae et vinculorum, quibus invicem re-  
ges devincti sumus, interim ducimus tanti ictus nostri Serenitatem Vestram  
participem facere, nostrique doloris partem in fraternum pectus Serenitatis  
Vestrae derivare. Deum ex animo precamur, ut Serenitati Vestrae laetiora  
omnia cum longaeva incolumitate permittat. Datum Varsaviae, die XII<sup>a</sup>  
mensis Maii, anno Domini MDCLXVII, Regnorum nostrorum Poloniae et  
Sueciae XIX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater, consanguineus et vicinus  
Joannes Casimirus Rex <sup>b)</sup>.

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc. Co-  
penhagen.

*Alia manu:* Regis Poloniae litterae notificatoriae de morte Reginae  
Ludovicae Mariae Gonzagae sub dato XVII Maii 1667.

a)-b) *manu propria.*

Varsaviae, 7 Iunii 1667.

*Ioannes Casimirus rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
iterum de morte et funeribus reginae Ludovicae Mariae.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Casimirus, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi  
Domino Friderico Tertio, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Fecisset Supremum Numen, ut vita potius quam lugubris Serenissimae olim Ludovicae Mariae Reginae, Consortis nostrae carissimae, obitus Serenitati Vestrae nunciaretur. Cum tamen in eam res nostras voluit partem, ineluctabili fatorum necessitate, vicissitudo, superest, ut quantum in nobis coniugalis erga superstitem, tantum pius in examinem possit amor, iustaque piis manibus die XIX mensis Septembris anno currenti in urbe nostra Cracoviae pervetusto Regum ac Principum Poloniae mausoleo persolvamus. Quod si mutuum hunc et aliis potestatibus maeorem luctumque Serenitas Vestra velit testari, et divisum inter multos leviores toleratu esse solitum ferre dolorem, pium id in caros cineres, dolori vero nostro leniendo proficuum futurum. Cui de reliquo laetiora quaeque et florentem Regni in alta pace gubernationem diu incolumi animitus precamur. Dabantur Varsaviae, die VII<sup>a</sup> mensis Junii, anno Domini MDCLXVII, Regnum nostrorum Poloniae et Sueciae XIX anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus consanguineus et frater  
Joannes Casimirus Rex <sup>b).</sup>

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Friderico Tertio etc. Copenhagen.

*Alia manu:* Königs von Pohlen notification schreiben von der Königin daselbst Todt.

<sup>a-b)</sup> *manu propria.*

N. 230.

*Varsaviae, 27 Septembris 1668.*

*Nicolaus Prażmowski, archiepiscopus Gnesensis, primas Poloniae, nomine  
Senatus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae,  
ad Fridericum III regem Daniae;  
de Ioannis Casimiri regis Poloniae abdicatione.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Serenissime Rex.

Ita Divinae placitum est Providentiae, ut Rem nostram Publicam nulla perpetua beare velit tranquillitate, imo novis eadem continuo exerceat aerumnis et adversitatibus. Tot enim quassata malis, vix dum respirare cooperat, reductis duntaxat undique pacis ornamentis, cum Serenissimus Rex Joannes Casimirus, tot retro annis exantlatam regiarum curarum mollem et fastidium sanctioris otii malacia redempturus, simul et sese Regno die 16 praesentis abdicavit, et Rempublicam in Interregni orbitatem induxit. Quanto proinde benignius Suae Maiestatis imperium experti sumus, tanto maiori animi dolore hanc Serenissimae Maiestatis Suae abdicacionem, ipsa exempli novitate maestam, et exceperimus et prosequimur. Serenissimae vero Maiestati Vestrae id eatenus communicandum duximus, ut eidem constet, quo periculi amicissimum, ac non uno foedere sibi addictum, devolutum sit regnum? et quae illud maneant orbitatis incommoda. Quod sicuti eo a Maiestate Vestra animo, cuius propensionem hactenus

multis exploratam habemus argumentis, acceptum iri confidimus, ita non dubitamus fore, ut praesenti turbidarum rerum Nostrarum statu, ea in hocce Regnum promanent benevolentiae officia, quae amicissimi Regis humanitati maxime convenient. Caeterum prosperrimos rerum successus Maiestati Vestrae precati, obligatissima nostra commendamus studia. Dabantur Varsaviae, die 27 Septembris, anno Domini 1668.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

Senatus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae ad officia paratissimi.

Meo ac eorundem nomine.

a) Nicolaus in Prażmow Prażmowski

Archiepiscopus Gnesensis, Legatus Natus, Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae Primas Primusque Princeps b).

*In dorso:* Die Stände des Königreichs Polen notificiren Ihrer Königlichen Mayestät zu Dennemark, Norwegen die Abdikation des König Johannis Casimiri der Cron undt Regierung selbigen Reichs. De dat Warschaw den 27 Septembris anno 1668.

a).b) *manu propria.*

N. 231.

[*Varsaviae, 27 Septembris 1668*]

[*Ordines Regni Poloniae*]

*universis*

*abdicationem Ioannis Casimiri significant.*

(*Exemplar.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Compertum est compluribus ex hoc consessu Suam Regiam Maiestatem a pluribus iam annis, superstite adhuc Serenissima quondam Regina felicis recordationis, tum et post eiusdem fata decrevisse se hoc Regno abdicare, nullamque aliam abdicationis moram fuisse nisi solos duntaxat a) confoederati militis ausus, bellum Moscoviticum ac motus internos, qui praeconcep tam Suae Regiae Maiestatis intentionem coercuerunt, ne Reipublicae inter tot turbas et pericula maiorem tempore Interregni mollem periculorum adderet. Ad praesens vero, cum interna pax ac Moscoviticæ induciae coaluerint, pristinam intentionem suam quamprimum ad effectum deducere firmiter constituit. Non deerant, nec hucusque desunt, Suae Regiae Maiestati hoc in passu diversae privatae considerationes, praesertim debilior valetudo ac impar Regnantium laboribus robur, tum et conscientiae respectus, qui Suae Regiae Maiestati suadet, ut inter curas rerum ac extremae vitae terminum hoc sibi interstitium temporis concedere velit, quod cuilibet, praesertim vero coronato capiti, recollectionis necessarium est. Hoc vero maximam boni et quietis Suae Regiae Maiestati considerationem movet: dum Sua Maiestas perspectum habet, quod malitia hominum, optimas Suae Maiestatis intentiones sinistre interpretans et continuis iisque diversis Rempublicam de coacta electione suspicionibus interturbans, pacificari aliter non possit, nisi dum Sua Regia Maiestas per sui

exinanitatem hanc dabit inauditi antea amoris in hanc Rempublicam tesseram, dum illam in liberrimo liberae electionis exercitio constituet.

Hunc igitur supremum Sua Maiestas aperit mentis suae sensum, se post longas et bene discussas deliberationes Regno abdicare velle, illudque in manus Reipublicae deponere, nec Suam Maiestatem ab hoc proposito vel suorum consiliariorum dissuasiones, vel externorum principum intervenientes persuasiones movere ullo modo poterunt. Neque enim propterea hunc Sua Regia Maiestas praesentem convocavit concessum, ut aliquid consilii in praesenti negotio capere vellet, etenim nequaquam vult firmum suum nullisque rationibus mutabile propositum oppugnationi amoris Senatus exponere, qui multis argumentis et precibus irrito conatu in contrarium adlaborare niterentur. Hunc solum praesentis conventus scopum Sua Regia Maiestas habet, quatenus congregatus ad praesens Senatus consilium et rationem ineat, quem modum et solennitates circa abdicationem Sua Maiestas observare debeat, quo omnia fiant cum summa Reipublicae securitate, et interregnum pacificum ac electio libera existat. Ad quem finem cooperando in confutationem mendaciorum in vulgus sparsorum, quasi Sua Regia Maiestas cum quopiam de Regni cessione transegerit, suo pro interesse declarare dignatur, quod Reipublicae liberrimam electionem et optionem candidati relinquere velit, adeo ut ne ullam quidem personam recommendare in animo habeat. Ne autem vel suis praetensionibus privatis videatur liberam impedire electionem, abscedere sub tempus electionis Varsavia decrevit, privatis etiam suis negotiis Sua Regia Maiestas Reipublicae nullum faciet impedimentum, ea fretus spe, quod illa eorundem memor futuro Regnaturo in punctis capitulationis proponet, ut Suae Regiae Maiestati condignam coronato sustentationem et subsistentiam provideat. Hoc itaque Sua Regia Maiestas tantummodo ad consultandum Senatui proponit, quo meliori modo et ordine et honori Regio decentiori, atque Reipublicae securitati convenienti, haec abdicatio fieri possit. Suo vero pro sensu Sua Regia Maiestas declarat optimum abdicationis tempus in futuris comitiis fore, quae, primis diebus Augusti celebrata, solemnitati interregni et electionis ante hyemem futuram tempestive expedienda commodissima arbitratur.

a) in ms. verbum duntaxat *repetitur et expungitur*.

N. 232.

Dankoviae, 29 Maii 1657.

*Ludovica Maria regina Poloniae  
ad magistrum curiae Regni Daniae;  
de negotiatione quadam ad «debitum finem» promovenda.*

*(Orig., vest. sig. anulo obsignati.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Ludovica Maria, Dei gratia Regina Poloniae et Sueciae, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, nata Princeps Mantuae, Montisfer et Neverniae haereditaria.

Magnifice, Generose, sincere nobis dilecte. Inter multa, quae sibi hactenus accidisse gratissima in aula Serenissimi Daniae Regis memorat litteris suis Generosus Morstein, Serenissimi Regis, Domini et Consortis

nostri desideratissimi Ablegatus, supra modum extollit singularem ex prerogativa Supremi in Regno Magistratus ac innata prudentia ac dexteritate conspicuum Sinceritatis Vestrae, qua in nos, Serenissimum Regem Dominum Consortem nostrum et Regnum hoc fertur, benevolentiam, quae studia et optimam Sinceritatis Vestrae voluntatem sicut memori apud nos pensamus affectu, ita ex publici boni utriusque Principis ac gentis zelo, peramanter a Sinceritate Vestra postulamus, ut generosis coeptis firmiter insistens summo utriusque Regni emolumento cessuram promoveat ad debitum finem negotiationem. Ad quam nos a parte nostra inviolabiliter servandam, immotam promittimus et obligamus fidem. Plura eidem Generoso Ablegato nostro commisimus, cui ut attentas aures et fidem praebeat, benigne optamus. Longaevam de caetero valetudinem cum felici rerum successu Sinceritati Vestrae precamur. Datum Dankoviae, die XXIX Maii, anno Domini MDCLVII.

Ludovica Maria Regina.

*In dorso: A Monsieur Monsieur le Grand Maitre d'Hostel du Rauyaume de Denmarc.*

N. 233.

*Hafniae, 14 Decembris 1659.*

[*Fridericus III rex Daniae*]  
[*ad Ludovicam Mariam reginam Poloniae*]  
*viduam praefecti militum, Pretorii, commendat.*

(*Exemplar*) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Madame,

Cette pauvre veuve du feu colonel <sup>a)</sup> Pretorius estant sur le point de s'en aller en Pologne et nous ayant enquis de luy donner pour cet effect ... <sup>b)</sup> un mot de recommandation pour vous, dans la considération des services que nous avoit pensé rendre feu son mary et pour lesquels il fut mis à mort, nous n'avons pas pu luy refuser une chose de cette nature, vous suppliant, Madame, de vouloir quelle vous soit recommandée de la meilleure façon et de ne point douter que nous ne fassions le pareil en toutes les occasions qui nous en seront offertes de vostre part et que nous ne demeurions après avoir prié Dieu qu'il vous aussi <sup>c)</sup> tienne dans sa sainte garde

Madame

Votre très affectionné bon frère  
fait a Coppenhague le 14 Décembre 1659.

*In dorso: Copie de la lettre de recommandation que receut Madame Pretorius pour la Reyne de Pologne.*

a) *in ms. coronel*

b) *in ms. verba une lettre expuncta.*

c) *lectio incerta, macula.*

\*) *cfr. T.K.U.A. Alm. del 1676 Latina 1652-1661, fol. 376, sub die 24 Septembris anno 1659; ad verba « feu son mary » additum: « à Bremeforde ».*

Gedani, 3 Maii 1660.

*Ludovica Maria regina Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae  
de regis Daniae quibusdam negotis.*

(*Orig., anulo obsignatum.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Monsieur mon Frère.

Le Sieur Pasberg qui s'en retourne auprès de vous dira ce qui c'est passé en ces quartiers cy, et comme on y a fait tout ce que l'on peu pour vos interets. I'espere que les choses seront bien tost en un estat que l'on se pourra mieux precautioner pour l'avvenir que l'on n'a pas fait pour le passé. Je vous puis assurer qu'en mon particulier ie contribueré tous-jours tout ce qui me sera possible pour vos interests et pour vous tesmoigner que ie suis

Monsieur mon Frère

<sup>a)</sup> votre tres affectionee soeur  
Louise Marie Reine. <sup>b)</sup>

A Dantzic le 3 de May 1660.

In dorso: Au Roi de Dannemarc et de Norvege, Monsieur mon frere.

a)-b) *manu propria.*

Viscoviae, 12 Januarii 1662.

*Ludovica Maria regina Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
rogat, ut bona sua, ex navi naufragium passa recuperata, consuli Gallico  
Hamburgi transmittantur.*

(*Orig., anulo obsignatum*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Durchleüchtigster fürst, freundlich geliebter herr oheimb.

Wir haben zu unserm bederff auss Franckreich ein schiff mit gewissen güttern verschrieben. Nun vernehmen wir, dass dasselbe in Ew.Königl. Würden gebieth gestrandet haben; auch, wie etwan in Dero landen üblich, dieselbe gestrandte gütter Dero fisco applicirt worden sein sollen. Ob aber wol Ew.Königl.Würden einiges recht darzu hetten, so versehen wir unss dennoch,wegen der bestendigen freündtschafft zwischen beeden unsern königlichen heüsern, zu Deroselben freundlich, Sie unss in diesem fall exempt halten werden. Wird derhalben von unserntwegen der consul de France zu Hamburg Jacques Martin <sup>1)</sup>, wass dieselben gütter anbelangt, ein aussführliches register beibringen, welchem Ew.Königl.Würden dess-fals guten glauben geben und darüber ohmbfreündlich verordtnen wolten, damit mehrgedachte unsere gestrandte gütter demselben zu weiterer

anhero sendung extradirt werden möchten. Ew.Königl.Würden bezeigen damit unss ein besonders genehme freundschaft, dero wir hinwiderumb mit freundlicher bezeigung undt angenehmheit zu begegnen unvergessen bleiben werden.

Dieselbe samt Dero frauen gemahlin göttlicher protection zue allem hohen königlichen aufnehmen treülich empfehlendt. Datu zu Wiskowa, den 12.Januarii anno 1662.

Ew. Ld.

Vre affectionnee seur <sup>a)</sup>  
Louise Marie R.

a) Vre ... seur *manu propria reginae*.

1) v. comm. ad doc N. 226.

N. 236.

*Varsaviae, 10 Iulii 1669.*

*Michaël rex Poloniae*

*ad Fridericum III regem Danie;*

*electionem suam in regem Poloniae per legatum notificat.*

(*Orig., sig. In archivio sequitur exemplar eiusdem epistolae*).

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Michaël, Dei gratia electus Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czerniechoviaeque Serenissimo Principi Domino Friderico III, Daniae etc. Regi etc.,

Serenissime Princeps, Domine, Frater Charissime. Praeter spem et consilia humana accidit, ut in Comitiis generalibus electionis liberae gentis suffragia nos regem Poloniae dicerent eligerentque. Prodigum hoc et divinae benignitatis miraculum patratum est, die 19<sup>a</sup> Iunii in campo vicino Varsaviae, maximo publicae laetitiae consensu. Pacta Conventa seu Capitulationem cum Statibus Regni nostri die 7<sup>a</sup> Iulii iuramento stabilivimus ratamque habuimus. Veteris igitur amicitiae monemur nexu, quae Antecessoribus tum et Regno Nostro cum Vestra Serenitate intercessit, ut huius electionis nostrae nuncium eidem feramus, quem non ingratum fore Serenitati Vestrae plane confidimus. Nobis porro ea potissima cura erit, amicitiam et bonam correspondentiam, ab Antecessoribus nostris optime cultam, constanter sincereque cum Serenitate Vestra observare ac mutuis officiis magis magisque promovere. Interim Serenitati Vestrae longaevam incolumentatem ac prospera quaevis ex animo vovemus. Varsaviae, die 10 Iulii 1669.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> Bonus frater  
Michaël Rex <sup>b)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Friderico III<sup>o</sup> etc.*

*Alia manu:* Konig Michael in Polen notificiret seine Wahl zur Crone. Warschau den 10 Juli 1669.

a)-b) *manu propria*.

Varsaviae, 15 Januarii 1670.

*Michaël rex Poloniae  
ad Fridericum III regem Daniae;  
regem Daniae de matrimonio suo cum Eleonora archiducissa Austriae certiorum facit.*

(*Orig., sig. exsectum*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Michaël, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kioviae, Volhyniae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque Serenissimo Principi, Domino Friderico tertio, Daniae etc. Regi etc.,

Serenissime Princeps, Frater noster charissime.

Quantum Serenissimi Antecessores nostri retulere a Serenissimis Daniae Regibus et specialiter a Serenitate Vestra optimae voluntatis et constantis semper amicitiae fructus, tantum cuperemus Serenitatem Vestram certam fieri optare nos iisdem animitus respondere ac sinistra pariter et laeta ex aequo partiri. E quibus fausta occasio obvenit, nempe cum Serenissima Archiducissa Austriae Eleonora a Serenissimo Romanorum Imperatore fraterno affectu ad regalis throni nostri et thori consortium per conclusos tractatus matrimoniales destinata, cui celebritati ut Serenitas Vestra favore suo et interventione decus addere velit, peramanter expetimus, nostra vicissim officia Serenitati Vestrae quibusvis occasionibus testaturi. Quam interim optime valere et ex animi sententia latis successibus frui exoptamus. Datum Varsaviae, die XV mensis Ianuarii anno Domini MDCLXX, Regni nostri primo anno.

a) Eiusdem Serenitatis Vestrae

Bonus frater  
Michael Rex. b)

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Friderico III etc.*

*Alia manu:* Der konig in Polen notificiret die mit der Ertzherzogin von Osterreich Princessin Eleonora geschlossene ehetractaten. Warsaviae den 15 Jan. 1670.

a)-b) *manu propria.*

Varsaviae, 6 Maii 1671.

*Michaël rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
musicum suum, Franciscum Franck, ad certam summam ex thesauro Danicu obtinendam commendat.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Michaël, Dei gratia Rex Poloniarum, etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quinto, Daniae, Norvegiae, Gothorum, Vandalarumque

Regi, Duci Silesvici, Holsatiae, Stormariae et Ditmarsiae, Comiti in Oldenburg et Dellmenhorst, Fratri, Amico et Vicino nostro charissimo, salutem et omnis felicitatis incrementum.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Ex adiuncto Egregii Francisci Franck, musici nostri, supplice libello uberius Serenitas Vestra intelliget, qua ratione ille summam sibi in Thesauro Serenitatis Vestrae praetendit. Quae ut eo citius indigenti persolvi possit, supplicatum nobis humillime, ut nostram hac in parte interponere auctoritatem dignaremur. Cum autem nihil gratius in nos arbitramur posse suscipere, quam ut aequitatis rationes eo quo par studio promoveamus, Vestrae Serenitati hoc negotium fraterne commendamus, facile reputantes apprime Serenitati Vestrae cordi illud uti iustum fore, demandaturamque, quatenus dicto musico nostro ex facilitate Serenitatis Vestrae satisfactio praestetur. Evidem istud officii exhibitum genus, pari animi nostri promptitudine, ubi sese dederit occasio, redhibebimus. De reliquo Serenitati Vestrae firmam valetudinem et prosperrima quaeque precamur. Dabantur Varsaviae, die VI<sup>a</sup> mensis Maii, anno Domini MDCLXXI, Regni nostri II<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> Benevolus Frater  
Michael Rex <sup>b).</sup>

*In dorso:* Serenissimo Principi, Domino Christiano Quinto etc.

*Alia manu:* Der Konig in Polen intercediret für Francisco Franck Musico, dass ihm der rest seiner Besoldung gereichert werden möge.

Varsaviae den 6 Maii 1671.

a)-b) *manu propria.*

N. 239.

Varsaviae, 25 Martii 1672.

*Michaël rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
subsidiū ad bellum contra Turcas gerendum petit.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Michaël, Dei gratia Rex Poloniae, etc. Principi, Domino Christiano Quinto, eadem gratia Regi Daniae etc.

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine charissime.

Non ignotum esse existimamus Serenitati Vestrae, quanto in discrimine belli Turcici Regnum nostrum versetur. Communis et iuratus Christiani Orbis hostis tot Regnorum gentiumque spoliis et ruinis tumidus, praesertim occupatae Candiae successu elatus, rupta foederum observantia, apertam nobis hostilitatem denunciavit. Contractisque maximis exercitibus et moto sedibus suis oriente ac Tartarorum totiusque barbarae viciniae colluvie ad occupandam quam longe patet Ucrainam et Russiam, provincias nostras, praeprimis ad obsidendarum et expugnandam Carneneciam validissimum propugnaculum tota armorum mole imminet. Iam non longe

a conspectu finium p<sup>re</sup>evalidi et immensi exercitus hostiles panduntur; iam prope Danubium et Tyram truci classico Ottomanica arma circumsonant; terrent nos funesti tot Regnorum casus; tot ante oculos gentium, urbi<sup>m</sup>, insularum magna cadavera, quae Turcicae immanitati in praedam et famam cesserunt. Metimur res viresque nostras adeo continuis bellis variisque casibus attritas et defessas, ut nisi aliunde fulciantur, verendum, ne immanissimi hostis impetui et potentiae orbi formidolae succumbant. Tam afflito et anciipi Regni nostri statu, cum ad aliorum Principum Christianorum opem et auxilia respiciamus, tum in Serenitatis Vestrae amicitia et vicinitate spem subsidii nobis ferendi collocamus. Animadvertit facile Serenitas Vestra in Poloniae nostrae adverso casu reliquae Christianitatis periculum verti, neque dignius et sanctius opes Regias impendi posse, quam si exhaustis et deficientibus florentissimi quondam Regni viribus suppedentur. Dabit Serenitas Vestra propensi erga nos animi et pro Re Christiana summi zeli gloriosum ad praeiens et in seram posteritatem documentum, si partes nostras contra Christiani Orbis praedonem missis quamprimum auxiliaribus copiis adiuverit. Nostri vicissim conatus erit praestita a Serenitate Vestra difficillimo rerum nostrarum tempore auxilia mutuis quacunque occasione studiis et devinctorum animorum documentis grate remetiri. Quod reliquum est, Serenitati Vestrae longeavam incolumitatem et prosperrimos rerum successus a Deo precamur. Datum Varsaviae, die XXV mensis Martii, anno Domini MDCLXXII, Regni nostri III anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> Benevolus frater, amicus et vicinus  
Michael Rex <sup>b)</sup>.

a)-b) *manu propria*.

N. 240.

Varsaviae, 4 Decembris 1673.

*Eleonora regina Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
mortem coniugis sui, regis Michaëlis, nuntiat.*

(*Orig. anulo obsignatum \*). In archivo sequuntur exemplar et litterae  
eiusdem tenoris ad reginam Carolinam Amaliam eadem die datae*)

T.K.U.A. Polen. A.I.3.

Durchleüchtigster, groszmächtigster könig, freundlich geliebter herr oheimb und bruder.

Ew.Maytt. undt Ld. seind mein freundlichster gruess auch wass ich sonst mehr ehren-liebs undt gutes vermag zuvor.

Undt könte Deroselben auss höchst betrübtem hertzen nicht bergen, wie dass, nach dem willen dess Allmächtigen, der auch durchleüchtigste fürst, herr Michaël, von Gottes gnaden könig zu Pohlen, grossfürst in Littauen, Reissen, Preussen, Masou, Samayten, Kyow, Volhinien, Podolien, Podlachien, Lieffland, Smolensko, Seuerien und Czernichau, mein hertz-geliebter herr gemahl, am verwichenen 10<sup>ten</sup> Nouembr. zwischen 9 und 10 uhren vormittags, zu Lemberg, durch einen sanften und seiligen abschied diese welt gesegnet, wodurch dass band unserer inniglichen liebe höchstschnertzlich getrennet, undt damit zugleich ein grosser theil meines lebens

ist benommen worden. Mit wass grossem wehemuth und hertzenleid ich nun diesen zugestandenen frühezeitigen todesfall empfinde, haben Ew. Maytt. undt Ld. auss so beschaffener höchstschnützlichen hertzens wunden höchst verständig zu ermessen. Versehe mich demnach zu Deroselben gantz freundlich, Ew.Ld. über diesess mein hertzbrechendes leid ein freundlich- und bewegliches mitleiden mit mir tragen, und dabei wunschen und gerne gönnen werden wollen, wass zur tröstlichen aufrichtung meiness höchstbetribten gemüths gereichen könnte. Daran ich nicht zweifelnd Ew.Ld. zu langflorierendem leben und aller königlichen glückseeligkeit in den schutz des Allerhöchsten ergebe.

Datum Warsau den 4.Decembbris anno 1673.

Ew. Maytt. undt Ld.

freyndw[il]ige muhmb und schwester <sup>a)</sup>

Eleonora R.

*In dorso:* Dem durchleüchtigsten groszmächtigsten fürsten, herrn Christiano dem Fünften zu Dennemarck etc. könige etc.. Unserm freundlichst geliebten herrn oheimb und bruder Copenhagen.

*Alia manu:* Beantwortet d. 30. Decemb. 1673.

*Item alia manu:* Die konigin in Polen notificiret ihres herrn und königiges todt.

Warsawa den 4.Decembr. 1673.  
Cammerschreiben.

a) freyndw[il]ige ... schwester *manu propria*

*reginae*

<sup>\*)</sup> *textus huius documenti iam editus in: Aktstykker vedkommende det polske kon- gevælg 1674. Aarsberetninger fra Det konge- lige Geheimearchiv, V, Hafniae 1871-1875, nr. 3, pp. 90-91.*

N. 241.

Varsaviae, 12 Februarii 1674.

*Eleonora regina Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae,  
pro consolationibus post mortem coniugis, regis Michaëlis, gratias agit.  
(Orig., anulo obsignatum. In archivio sequitur exemplar).*

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Durchleüchtigster groszmächtiger könig, freundlich geliebter herr oheimb und bruder.

Auss Ew.Maytt. undt Ld. gar wehrtem, vom 30.Decembbris dess negst abgewichenen jahrs, hab ich Deroselben hertzliches mitleiden über mein leidwesen, undt wass Dieselb dabei zur linderung solches wehemuths in freundlichster meinung mir zu wunschen beliebet, mit sonderbahrer gemüths bewegung verstanden.

Wie nun solch Ewrrer Maytt. undt Ld. gegen mir bezeugtes innigliches wolmeinen, mein, in diesem betrübten zustandt beklemtes gemüth zu trösten undt zu besänfftigen, einen grossen theil beyträgt. Also erkenne

durch solche condolentz Ewrer Maytt. undt Ld. hertzliche affection gegen  
mir muhmb-, freündt- undt schwesterlich dancknehmig undt bewahre  
Deroselbem freündlichste neigung in meinem gedächtnüss als ein zeichen  
Dero hohen christlichen tugendt, welche Gottes unendliche güte Deroselben  
mit hohem flor alles königlichen wolwesens beglückseligen wolte. Dessen  
allgewaltigen obhut ich Dieselb vermittelst diesem treülich empfehle.

Datum Warsau d. 12.Februarii 1674.

Ew.Maytt. undt Ld.

freyndwilige muhmb  
und schwester <sup>a)</sup>  
Eleonora R.

*In dorso:* Dem durchletüchtigsten groszmächtigen fürsten, herrn  
Christiano dem Fünfften zu Dennemarck etc. könige etc. Unserm freünd-  
lich geliebten herrn oheimb und bruder.  
Copenhagen.

*Alia manu:* Der königin in Polen hoffliche dancksagung fur die  
condolence über des koniges todt.

Warsau den 12.Febr. 1674.

a) freyndwilige ... schwester *manu propria reginae.*

N. 242.

*Varsaviae, 23 Maii 1674.*

*Eleonora regina Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
litteras Christiani V se excepisse nuntiat.*

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Eleonora, Dei gratia Regina Poloniarum, Magna Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitia, Kioviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensiae, Severiae, Czerniechoviaeque, nata Princeps Regia Ungariae, Bohemiae, Archidux Austriae, Serenissimo et Potentissimo Principi, Domino Christiano Quinto, Regi Daniae etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Traditas nobis per Generosum Dominum Seested, Castellatum Scanderburgensem, Ablegatum Maiestatis Vestrae, accepimus literas, ex quibus dum abunde nobis Maiestatis Vestrae animi in nos propensio patet, non possumus non cum magno affectus percipere sensu. Nihil itaque desiderari patiemur, quo minus non intelligat sinceram nostram, qua ferimur, in Maiestatem Vestram voluntatem. In reliquo felicissimos Maiestati Vestrae exoptamus successus et prosperam a Deo sanitatem. Dabantur Varsaviae, die XXIII mensis Maii, anno Domini MDCLXXIV.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

<sup>a)</sup> bona soror  
Eleonora <sup>b)</sup>.

*Alia manu in dorso: N° 20. Enckedronningen udi Pohlens skrifvelse til Hans kongl. mt. af dato den 23 Maii 1674.*

a)-b) *manu propria.*

*N. 243.*

*Varsaviae, 8 Iunii 1674.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae,  
electionem suam in regem Poloniae significat.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Ioannes III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae Masoviae, Samogitiae, Kiioviae, Volhiniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensiae, Severiae Czerniechoviaeque, Serenissimo Principi, Domino Christiano Quinto, Dei gratia Regi Daniae etc.,

Serenissime Princeps, Domine, Frater, Amice et Vicine noster charisime.

Si privatae sortis hominum prospera et adversa communia existimantur, tanto magis Regum et Principum laetorem animi merentur aut nanciscuntur sensum. Sane non dubitamus benevolo et fraterno Serenitatis Vestrae pectori publicam Orbis Poloni concordiam gratam evenisse. Quod tametsi fama iam vulgavit, nihilominus denunciandum Serenitati Vestrae duximus nos die XXII Maii non praecipi populi favore, verum in tertium diem protractis et libratis suffragiis ac unanimibus Electoris populi vocibus praeter spem omnino et vota nostra thronum Regni capessivisse. Capitulationem cum ordinibus initam V Iunii in basilica Varsaviensi recepto diplomate electionis solenni firmavimus iuramento. Dum igitur bono omne regimen hoc inimus, inter primas reponimus curas Serenitati Vestrae constantis et propensi animi, optimi studii, fraternalae mutuaeque benevolentiae et bonae correspondentiae transmittere contestationem. Persuasum sibi habeat Serenitas Vestra nos omnem datus operam, ut bonae viciniae et amicitiae necessitudo a nobis cum Serenitate Vestra mutuis corroborata officiis augeatur, et propagetur. Interim longavam incolumentem et prosperrimos rerum successus Serenitati Vestrae ex animo appreciamur. Datum Varsaviae, die VIII mensis Iunii, anno Domini MDCLXXIV<sup>o</sup>.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes Rex <sup>b)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano Quinto etc.*

*Alia manu: N° 21. Kongen af Pohlens notification-skrifvelse til Hans kongel. mayt. anl. Hans wal til den polniske crone. De dato 8 junii 1674.*

a)-b) *manu propria.*

*In castris ad fluvium Seret, 29 Octobris 1675.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de controversia quadam inter regis Sueciae in Polonia legatum atque Da-  
nicos Belgicosque commissarios exorta.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

**Ioannes, Dei gratia electus Poloniae Rex, Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.**

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster charissime.

Prolixius nobis, per omnes facti circumstantias, Magistratus civitatis nostrae Gedanensis exposuit controversiam, quae occasione scaphae cuiusdam Stralsundensis, Riga hordeo oneratae, quae cursum Wismarium versus instituerat, ad oram vero insulae Bornholmensis a Celoce Danica intercepta fuit, cum eadem casu in portum Gedanensem appulisset, inter Serenissimi Regis Sueciae ad nos legatum extraordinarium, tum temporis Gedani commorantem, et Serenitatis Vestrae celsorumque foederati Belgii Ordinum Residentes, Gedani Commissarios, exorta fuit, dum utraque pars scapham illam cum hordeo, quo onusta fuit, tanquam suam, variis ex rationibus, vindicaret. Quae causa cum inter Principes et Status verteretur, eorumque mutuo praetensum ius, in interceptam et controversam scapham afficeret, supersedere omnino post exploratas facti circumstantias omni cognitione Magistratus Gedanensis voluit atque talem se gerere, qualem sarta tecta, hucusque culta et servata, in vicinas potestates observantia requirit. Operam praeterea, ne qua in parte officio suo deesset, solicitam dedit, ut per securae custodiae medium, indemnitati iuris, utriusque partis, commode consuleretur. Causam autem integrum ad nos retulit, donec per commendas rationes, ab interessatis ineundas, exitum eadem inveniat. Quando quidem vero in eiusmodi casibus usu venire solet, ut licet omnis circumspectio adhibeatur, neutri tamen parti ex asse satisfiat, sed qualibet accidente praesertim sequiore informatione se gravatam existimet. Ideoque pro solicitudine nostra regia faciendum putavimus, ut Serenitatem Vestram, pro coniunctione, quae nobis mutuo intercedit, fraterne compellaremus, velit Serenitas Vestra, si qua alicuius suspicionis opinione oneratus Magistratus civitatis nostrae Gedanensis fuerit, innocentiae eiusdem et praestiti fideliter officii habere rationem, neque concedere, ut sub quocumque praetextu, qui occasione in custodiā receptae scaphae et hordei enasci posset, quispiam civibus Gedanensibus commercia exercentibus negotium facessat, aut eorundem bona et merces, sive terra, sive mari vehan- tur, invadat, detineat aut quovis modo difficultatibus innodare praesumatur, quin potius autoritate regia sit provisum, ut commercantibus debita constet securitas et commerciorum utrinque cursus perset ubique tutus vel minime impeditus. Interim bonam valetudinem ac prosperrima quaeque Serenitati Vestrae appreciamur. Dabantur in Castris ad fluvium Seret, in

Podolia die XXIX mensis Octobris, anno Domini MDCLXXV, Regni nostri  
II anno.

Serenitatis Vestrae

Bonus Frater et Vicinus  
Joannes.

N. 245.

*In castris ad fluvium Zbrucz, 7 Novembris 1675.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de victoria ex Turcis reportata et de futura coronatione sua.*

(*Orig., sig.*) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes III, Dei gratia electus Poloniae Rex, Magnus Dux Lithuaniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc. Serenissime Princeps, Frater et Vicine charissime.

Postquam Deo, Patriae, imo rei Christianae l datum, hostis vel in hostiam caesus, vel in Tauricam pulsus, vel ultra Tyram et Danubium electus, orbis aemulus, experiundo didicit: nihil tam firmum, cui periculum non sit etiam ab invalido. Ukraina omni, quam usurpaverat, exutus; campos Podoliae, Dacia et Bessarabia eversis exolvit. Aestatis praedo; praeda ipse authumni. Nidificet licet adhuc Cameneci, quod stupore, non armis ceperat, stupere ipse coactus, Trembovliam nuper per quindecim dies ab octuaginta sclopetariis, contra omnem vim, et Regnorum victores, sine vallo defensam. Binorū ab electione annorum castra nostra, vice varia, astra exercebant; gelu horrida, aestate torrida, solitudine famelica videbantur. Nihilominus ope angelica dum socii subvenire deliberant, veniam orant rebelles; fana et delubra cremantur Machometi; Oriens Regni spe inescatus, unius Cameneci, una petra et silice vescitur. Ni puderet, linquendo — quo exhaustur non nititur, — paeniteret. Haec propitium dedit Numen, quod mereri quam coronari elegissemus. Coronandi tamen labores caputque redimendum ferimus tandem Cracoviam, Regni Metropolim; actus solennitati, secundam Februarii anni futuri praefigentes utrumque Serenitati Vestrae, pro mutuo in rem Christianam zelo communicandum rati sumus. Pleni spei eandem nobis ut in commune bonum merenti, amico studio ac favore, hostibus in terrorem, mutuo statui ac conditioni in decus et honorem asstiruram. Cui prosperrima quaeque a Dei benignitate ac inprimis bonam valetudinem appreciamur. Dabantur in castris ad fluvium Zbrucz in Podolia. Die VII mensis Novembris, anno Domini MDCLXXV Regni nostri II anno.

Serenitatis Vestrae

Bonus frater et vicinus  
Joannes.

\*) *Cjr. textum quasi identicum, Elem. XVIII,  
N. 133, litterae ad cardinalem Virginium  
Orsinti.*

*Cracoviae, 5 Februarii 1676.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de peracta coronatione sua nuntiat.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi, Domino Christiano Quinto, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Amice et Vicine charissime.

Si privatorum necessitudines, ubi laetiora interveniunt, in amica erumpunt vota, tanto promptius inter Principes, quorum omnia ad publicam dirigenda integritatem, prosperi successus laetiorem sibi vendicant sensum. Neque sane dubitamus fraternalm Serenitatis Vestrae pectus coronationis inaugurationisque nostrae feliciter peractae nuntium gratius hilariusque excepturum, ac Regni nostri auspiciis intime precaturum. Certi proinde persuasique de optimo erga nos Serenitatis Vestrae animo, eidem hunc nuntium deferimus, secunda Februarii Cracoviae corona capiti nostro imposita, gubernationem caelitus commissorum nobis populorum auspicato iniisse. Caeterum consilia curasque nostras eo vertimus, ut studium et benevolentiam nostram Serenitati Vestrae, ubi res et occasio postulaverit, luculenter testemur, constantemque voluntatem erga Serenitatem Vestram sinceris declaremus inditiis. In reliquo prosperos rerum successus, bonaque valetudinem Serenitati Vestrae a Deo precamur. Datum Cracoviae, die V mensis Februarii, anno Domini MDCLXXVI, Regni nostri II anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater  
Joannes <sup>b).</sup>

a·b) *manu propria.*

*Iavoroviae, 25 Iunii 1676.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Georgium Guilelmum ducem Brunsvicensem et Luneburgensem securitatem infirmae coniugis suae ad Borbonicas aquas prefecturae expedit.*

(*Exemplar.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Textus identicus ac epistola originalis ad regem Daniae, quae sequitur.*

Iavoroviae, 25 Iulii <sup>a)</sup> 1676.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
de eadem re.*

(*Orig., vest. sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc., Fratri et Vicino nostro charissimo, salutem et mutui affectus continuum incrementum.

Illa est vicis humanae sors, ut malo nunquam solo exerceatur. Parum fuit cum effuso in exitium Antemuralis Christiani Oriente ac Tartarorum illuvia iterum atque iterum collectari. Invenit nos domumque nostram regiam pro Re Christiana excubantem nova morborum crisis et acerba vis, qua Serenissima Coniux nostra charissima a primis diebus Maii et usque agitata et viribus dejecta ex consilio medicorum solis Borbonicis aquis reficienda et sananda videtur. Evidem longitudo viarum teneritudini inimica, nihilominus quo vitam redimat, genus humanum ferro nec igne deterretur, multo minus itineris asperitate; communicandum id Serenitati Vestrae duximus, cujus dominia peragranda, amicamque correspondentiam honoramus. Unde non dubitamus transeunti securitatem provisam fore, quam Regii status ac conditionis amor deposcit, idem a nobis in omnibus occasionibus praestandum, quas Serenitas Vestra observari voluerit. Quamve a similibus Dei benignitas servet et protegat, diuque vivere et florere incolumem faciat, ut intime vovemus et apprecamur. Dabantur Jaworoviae in Russia, die XXV mensis Julii anno Domini MDCLXXVI Regni nostri II anno.

Eiusdem Serenitatis Vestrae

<sup>b)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes <sup>c)</sup>

a) *In doc. praecedenti probabilis error: 25 Junii*

b)-c) *manu propria.*

Gedani, 7 Septembbris 1677.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de aggressione a quodam servitore suo, ex Gallia et Anglia revertente, passa  
ex parte navis militaris Danicae, conqueritur.*

(*Orig., sig.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi, Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster charissime.

Missus a nobis non ita pridem in Galliam et Angliam Cameræ nostræ familiaris, Generosus Lovigni, pro comparandis rebus usui nostro destinatis, iamque in reditu erat, maritimum navi civitatis nostræ Gedanensis

vectus carpebat iter, cum non procul a Gittemburgo, militaris eum aggressa navis, nonobstantibus literis nostris passus, impressisque super voluminibus seti involucris, coronis, res illas, nos Serenissimamque Consortem nostram concernerent, violento modo abstulerit. Quare fraterne a Maiestate Vestra instanterque desideramus, ut cum ea navis aggressoria, iuxta relationem navarchi nostri Gedanensis, cui haec violentia facta, censetur esse dominii et subiectionis Maiestatis Vestrae, inquisitio de rebus nostris eum in modum ablatis, quarum specificationem per latorem praesentium mittimus, exacta fieri valeat; quatenus nobis nostra restituantur, quibus ut omnia cum Maiestate Vestra amica intercedunt, nullaque praesenti illo cum bello communio, ita aequum non est similia nobis rebusque nostris accidere. Faciet Maiestas Vestra rem fraternalae erga nos amicitiae conformem adque reciproca mutuae benevolentiae sibi suisque obligabit studia. Longaevam interea Maiestati Vestrae valetudinem prosperrimosque rerum successus ex animo vovemus. Datum Gedani, die VII mensis Septembris anno Domini MDCLXXVII, Regni nostri anno IV.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

\* bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes b).

*In dorso: Serenissimo Principi, Domino Christiano V etc.*

*Alia manu:* Der könig in Polen thut ansuchung umb restitution seiner und seiner Gemahlin Güther, so auss einem Dantziger Schiff von einem Dänischen Kriegss c).

Dantzig dem 7 September 1677.

a)-b) *manu propria.*

c) *hic in ms. macula*

N. 250.

Gedani, 20 Novembris 1677.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
rumores confutat, iuxta quos Daniae hostibus facultas a se concessa sit  
militem in Polonia colligendi.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano Quinto, Daniae etc. Regi etc.,

Serenissime Princeps, Frater, Amice et Vicine noster charissime.

Quo lucidiora tenemus documenta obliqui erga nos animi Generosi de Goes, Gedani hactenus sine iusto titulo commorantis, quem, intuitu Maiestatis Vestrae, perquam benevole ab aula nostra ante novem circiter menses expediveramus, eo iustioribus ex motivis eidem personalem ad nos accessum denegantes, literas Maiestatis Vestrae, ne quid fraterno derogaretur affectui, ab eo nobis tradi curavimus. Ex quibus dum Maiestatem Vestram non recte informatam percipimus, super quasi a nobis concessa per Regna et provincias nostras legendorum militum facultate, ad infesta Maiestati Vestrae signa, necessarium duximus tribuere id tam Maiestatis Vestrae, quam utriusque Regni amicitiae, ut eam fraterne informemus,

qualiter nos erga vicinos Principes nostros, praesenti rerum statu, gerere constituerimus, quibus nil pene commune cum iis quae in Christianitate geruntur, plus quam civilia bella.

Neminem ex Regni nostri indigenis externis militare in castris, sine novellarum legum nostrarum laesione, patimur. Nemini ex Principibus vicinis arma virosque concedimus. Taliter nos inter ea, quibus christianus concutitur Orbis, gerimus dissidia, ut universo palam fiat vicinia, nos internecivis Christiadum indolere cladibus, nec alia optare arma, quam ea, quae hucusque pro bono communi, pro Christianitatis Antemurali, ipsi, auspice Caelo, non infeliciter gessimus. Caeterum quemadmodum ex re usque publico voluimus exercitus nostros numero, non robore, decrescere, ita exauthoratus a nostris signis, praesertim vero externus miles, pristinae libertati restitutus, si huc aut illuc se converterit, haec aut illa castra petierit, nobis nullatenus id imputari debere. Cum necessario Regnum et provinciae nostrarae hominibus sine lare et foco viventibus, exonerari debuit. Unde dum certa pars eiusmodi hominum in Moschoviam, alia alio, quo genius cuiusque vocabat, digressa; alia ab amicis Maiestatis Vestrae Principibus conducta, bellicis eiusdem usibus applicata remansit. Si quae adhuc portio dictorum hominum ad contrarias Maiestatis Vestrae partes transiverit, pari cum caeteris usa est libertate. Quod vero sinistra illa informatio Maiestatis Vestrae aut nostram colligendorum militum facultatem alleget, aut collectorum lustrationem et subsistentiam in provinciis nostris asseveret, inter apocripha reponenda censemus. Cum e contra militaria nostrorum belli Ducum in recenti habeantur mandata, quibus licentiatorum militum manipuli, si qui per Regna ditionesque nostras comparerent, dissipari iubentur. Et quoniam nullus ad hunc usque diem comparuit, haec nostra diligentia Dicumque nostrorum vigilantia facile ut caeteris in vicinia Principibus, ita Maiestati Vestrae, persuadebit, eiusmodi de nobis rumores esse vel malignantis naturae, vel otiantis ingenii commenta. Post haec Maiestatem Vestram de amicitia nostra securam esse cupientes, longaevam valetudinem prosperumque populorum suorum regimen eidem ex animo exoptamus. Datum Gedani die XX mensis Novembris, anno Domini MDCLXXVII, Regni nostri anno IV<sup>o</sup>.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

a) bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes. b)

a)-b) *manu propria.*

*N. 251.*

*S.L., s.d.*

*Christianus V rex Daniae*

*ad regem Poloniae [Ioannem III];*

*modulus litterarum commendaticiarum regi vel primati Poloniae per able-*  
*gatum extraordinarium tradendarum.*

*(Concept.)*

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

*Conceptum primum:*

*a) Quandoquidem ad stabiliendas et propugnandas inveteratas b) inter*  
*Majores nostros Regios et Coronam Poloniae nec exiguo utrinque com-*

modo hic usque illibate conservatas benevolentias, hoc tempore ad Dilectionem Suam Regiam inclitamque Rempublicam N. alegare e re esse duximus, eidem simul injunximus, ut Illustratatem Vestram adeat (ad Primatem: ut Reverendam Illustratatem Vestram) quo magis <sup>c)</sup> ejusdem bonis consiliis ac officiis salutarem hanc intentionem nostram promovere possit.

Hinc igitur <sup>d)</sup> Illustratatem Vestram requisitiam voluimus <sup>e)</sup> modo dicti nostri N. Commissionem recommendatione sua ita juvare velit, ut sufficiente et optato responso impertiatur. Quod sicuti ad ambarum Coronarum interesse spectat et in insignem utriusque utilitatem <sup>f)</sup> redundabit, ita etiam eam navatam forte huic tam salutari instituto operam omni regia propensione remunerare non omittemus.

a) *Superius, expunctum*: Ad Reg. Pol.

b) *sequitur, expunctum*: inter nos Regios Majores nostros Regios, Coronamque bonusque et

c) *verbum magis scriptum super verba ex-*

*puncta*: et ad promovendam salutarem hanc intentionem animadverti

d) *Hic verba*: Requiramus igitur *expuncta*.

e) *hic verbum ut additum et expunctum*.

f) *verba*: spectat ac utriusque utilitatem supra addita.

### *Conceptum secundum:*

Ad Regem Poloniae  
Christianus V.

Singulare desiderium, quo flagramus, cum Dilectione Vestra eandem, quae inter Regios Majores nostros Coronamque Poloniae summa fide ac sinceritate omni tempore intercessit, <sup>a)</sup> amicitiam eadem constantia collendi in diesque magis magisque consolidandi <sup>b)</sup> nos hoc tempore permovit <sup>c)</sup>, ut ad Dilectionem Vestram <sup>d)</sup> Nobilem nostrum ... <sup>e)</sup> alegandum censuerimus <sup>f)</sup>, qui Eidem <sup>g)</sup> eum in finem nonnulla <sup>h)</sup> a bona intentione haud aliena exponat <sup>i)</sup>. Rogamus igitur Dilectionem Vestram hinc amice et fraterne, ut dignetur memoratum nostrum N... <sup>j)</sup> non solum audire eique in omnibus tanquam nobis ipsis fidem habere, sed etiam ad propositiones ejusdem ita animum suum declarare, quemadmodum de notoria ejusdem aequanimitate omnino <sup>k)</sup> persuasi sumus et ad magis corroborandam inveteratam inter nos benevolentiam conducere poterit.

a) *sequitur verbum expunctum*: floruitque

b) *scriptum super verba expuncta*: munendi confirmandi

c) *scriptum super verba expuncta*: eo adduxit

d) *hic sequitur verbum expunctum*: alegare.

e) *hic aliqua puncta*.

f) *hic verba expuncta*: eo fine, ut

g) *hic sequuntur verba expuncta*: nonnulla in

illum finem eo fine bonae intentionis nostrae

h) *hic verba expuncta*: nostro nomine

i) *hic sequuntur verba expuncta*: ut Quem ut Dilectio igitur ut Dilectio Vestra modo memoratum nostrum N...

j) *hic in textu aliqua puncta*.

k) *sequuntur verba expuncta*: persuasi nobis pollicemur persuademos

Grodnae, 3 Ianuarii 1678.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de libero per Daniam transitu mercium ex Gallia in Poloniam.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Amice et Vicine noster charissime.

Denuo praesentes ad Maiestatem Vestram damus literas ratione rerum nostrarum ex Gallia, pro usu Cameræ nostræ proprio venientium, quae in viginti tribus voluminibus, vulgo Baloten, duabusque mediis consistunt, et hucusque Gluckstadii detinentur. Dedimus insuper literas passus, quo ex iisdem Maiestatis Vestrae officialibus constare valeret nullo praetextu aut colore eas detineri, utpote nostras. Ad quos quemadmodum belli, quod in imperio geritur, non spectat ratio, ita nec eiusdem incommoda pertinere possunt. Confidimus proinde apud Maiestatem Vestram tam amicitiam nostram eiusque conservationem, quam ius fasque intantum valitum, ut sine ulteriori protelatione libera Glickstadio rerum ad nos spectantium fiat transportatio. Nos interea Maiestati Vestrae prospera omnia ac longaevam valetudinem fraterno ex animo caelitus <sup>a)</sup> appreca- mur. Datum Grodnae, die III mensis Januarii, anno Domini MDCLXXVIII<sup>o</sup>, Regni vero Nostri anno V<sup>o</sup>.

Maiestatis Vestrae

b) bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes <sup>c).</sup>

a) *hoc verbum expunctum videtur.*

b)-c) *manu propria.*

Iavoroviae, 20 Septembbris 1678.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae,  
exigit, ut res sua in Gallia comparatae, Gluckstadii iniuste retentae, libere  
dimittantur.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V Daniae etc. Regi, etc.

Serenissime Princeps, Frater et Amice noster charissime.

Commiseramus non ita pridem residentibus et factoribus nostris in Gallia, ut pro usu, et <sup>a)</sup> commoditate nostra domestica certa peristrommata, aulaea, nec non alias, varii coloris, sericeas telas et pannos ibidem compararent et compendii maioris gratia per mare ad Regiam nostram

residentiam curarent transmitti. Appulit navis Glieckstadium usque satis prospere; ibi tamen a superintendentibus theloniorum Serenitatis Vestrae (incertum, quo praetextu?) velut in arresto, una cum ipso aulaeorum et peristrommatum texore attinentur. Pro fraterno itaque affectu nostro fidenter a Serenitate Vestra contendimus, ut res illas, veluti ad proprium usum nostrum comparatas, citra omnem velit iubeatque dimitti difficultatem; parem officiorum nostrorum vicissitudinem omni occasione expertura. Caeterum votivos quosque successus Serenitati Vestrae ex animo apprecamur. Dabantur Iavoroviae, die XX mensis Septembris anno Domini MDCLXXVIII, Regni nostri quinto anno.

Serenitatis Vestrae

b) bonus frater et amicus  
Joannes c).

a) in ms. ut

b)-c) manu propria.

N. 254.

S.l., s.d.

[*Christianus V, rex Daniae*]  
*ad [Ioannem III] regem Poloniae*  
*de rumoribus, iuxta quos rex Poloniae armis Daniae hostes adiuvat.*

(*Concept.*) \*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Ad Regem Poloniae.

Felicitatem ac magnitudinem inclitae gentis sceptrique Poloniae nunquam tantam fuisse aut etiamnum esse posse, qui nos majorem in dies ei voto favoreque nostro astruere cupiamus, Maiestas Vestra haud dubitaverit, si ad superiorum temporum exempla, et recentis adhuc memoriae experimenta publica, quorum non indecora et ingrata, uti confidimus, aut saltem non exosa esse potest recordatio, respicere velit.

Quomagis autem nos in Majorum nostrorum augustae memoriae thronum simulque vestigia Regia successimus, interque caeteras Regni curas, etiam veteres undiquaque, praesertim cum Serenissimis Poloniae Regibus amicitias, nulla temporum Successorumve mutatione mutatas, nullaque lite aut offensa nedum bello unquam interruptas, veluti cum Regno haereditarias accepimus, eo gravior nobis nunc videtur increbrescentis passim famae novitas, qua vulgatur Maiestatem Vestram inimicorum nostrorum molitionibus praeoccupatam hostiles exterorum adversus nos conatus adeo nostrae confoederatorumque nostrorum amicitiae praeferre, ut exantrato, uti accepimus, bello Turcico, exercitum suum in Svecorum utopte hostium nostrorum partes tradere ac transferre decreverit.

Nos igitur quemadmodum Maiestati Vestrae de pacta recens pace, qua nihil nobis gratius esse potest, ex animo gratulamur, ita de caetero ad nostram communemque Confoederatorum nostrorum causam curamque

spectare arbitramur, ut gliscente ista de juvandis hostibus nostris fama, cui neque omnino habendam fidem neque eandem plane negligendam putamus, excitati, Maiestatem Vestram hisce saltem amice interpellamus rogemusque, ne tantum nostris, iisdem suis quondam Regnique sui, hostibus, eorumque machinationibus indulgeat ac permittat, ut <sup>a)</sup> nobis inde forte injuria damnumque exoriri possit, unde amicitiam jure meritoque expectare debeamus. Neque enim adeo omnem superioris in Polonia belli Svecici, indeque erga nos ibidem ortae obligationis memoriam deletam esse credimus, ut nulla prorsus nostri ibi amplius habeatur ratio, nisi forte ea erga nos obligationis magnitudo esse videatur, ut facilius sperni quam exsolvi possit cujusmodi sane oblivionis nota non facile in tam generosam gentem, praesertim sub tam sapiente et magnanimo Rege cadere, multo minus temporum animorum mutatione excusari poterit et sane praestaret nullam prorsus quam tam malam amicis referre gratiam et in eorundem perniciem conspirare, quorum favore et auxilio quondam suae sibi sceptrum genti servatum, in eaque demum Vestrae Maiestati tamquam alteri Jagelloni reservatum fuit. Quippe ignorare Maiestas Vestra non potest, quanto discrimine quantoque impendio excelsae ac immortalis memoriae Parens noster superiori bello eosdem hostes in sua e Poloniæ visceribus rapuit, eodem forsan aliquando posthac valentiores et certe non meliores, si nunc amicis praefferantur, reddituros; saltem an Maiestas Vestra tutiorem constantioremque nostra Suecorum amicitiam invenerit, occulti adhuc rerum eventus aliquando ostendent; ut taceamus quot quantosque Principes ac Status sibi infensos redditura sit, si aut nos alter utrumve Confoederatorum nostrorum lacessendo, aut hostium communium vires augendo, auxiliaris hujus expeditionis cursum impedire nitetur, quae uti non alio quam ad profligandum praesens hoc totius Europæ bellum, quod a nostris confoederatorum nostrorum hostibus temere notum, a nobis universim ex lege foederis repellitur, collineat, ita certe in uno duntaxat communis hujus foederis membro universum confoederatorum corpus, neque fortasse in alto laedetur. Quapropter nos eo minus nobis persuaderi patiemur, Maiestatem Vestram tale quippiam serio agitare aut intendere, utpote quae et prudentiae et felicitatis suae nimis sibi conscientia et moderatrix, ut et quietis ac tranquillitatis domesticae nimis amans est, quam ut ipsa adeo a sese aberrare, et utrumque in discriminare, sicque una et suae ipsius et totius Christiani Orbis paci tam male consulere possit velitve. Nos vero haec nulla diffidentia aut metu (Deo enim causæ et armis nostris, adeoque Regni nostri saluti satis adhuc fidimus) moti scribimus, sed tantum ad aperiendum animi nostri candorem et conservandum sincerae ac perpetuae inter nos amicitiae studium, id quod omni tempore reque ipsa uberioris testatum facere spondemus.

*Inferius, alia manu:* Manu Fabiani Gustmajeri scripta videntur, qui fuit secretarius legationis Danicae in conventu Neomensi <sup>b)</sup> usque ad mensem Decembris 1677, postea vero (nisi ego valde fallor) Dantisum missus est nomine regio.

Hat gelegen unter des Herrn Just Höghen negotiationes.

a) *Hic verbum Poloniam expunctum.*

b) *sic in ms. recte:* Neomagensi [Nimegen]

<sup>\*</sup>) *Haec epistola non exstat in copiariis Christiani V regis Daniae.*

Varsaviae, 27 Iunii 1680.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de pace cum Suecis inita et de matrimonio Uldericae Eleonorae, sororis  
eius, ei gratulatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Christiano V, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Quanto tristiora nobis cum immanissimo Christiani nominis hoste colluctantibus ea extitere spectacula, quae Mars cruentus, sumpto pro theatro Orbe Christiano, etiam in septemtrionalibus Maiestatis Vestrae Sueciaeque Regnis exhibuit; tanto laetiora nunc illa sunt nuncia, quibus Maiestatem Vestram et laudabili pacis foedere cum Serenissimo Suecorum Rege coaluisse, et duraturum hoc opus fortunato Serenissimae Principis Uldericae Eleonorae, Maiestatis Vestrae Sororis, connubio coronasse, edoce- mur. Faxint Superi, ut tam gloriose Maiestatis Vestrae intentiones, aspirante caelitus benedictione, in auges gloriae et continuae prosperitatis incrementa efflorescant. Nobis profecto nihil gratius evenire poterit pro ea qua in Maiestatem Vestram ferimur fraternitate, quam ut eandem prosperis semper quam diutissime frui successibus indesinenter percipiamus. Dabantur Varsaviae, die XXVII mensis Junii anno Domini MDCLXXX<sup>o</sup>, Regni vero nostri anno sexto.

Maiestatis Vestrae

a) bonus frater, amicus et vicinus  
Joannes b).

a)-b) manu propria.

Iavoroviae, 26 Augusti 1680.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
de eadem re.*

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Ioannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine charissime.

In remotioribus Russiae partibus plurimum nos gratissima fama exhilaravit nuncium, ex quo compositis inter Maiestatem Vestram et Serenissimum Sueciae Regem, Fratrem nostrum charissimum, armorum animorumque motibus, expeditam tot populorum votis amicitiam plene coaluisse cognovimus, accepta duntaxat in throni torique socia Serenissima

Daniae et Norvegiae Principe Ulrica Eleonora, Maiestatis Vestrae Sorore charissima. Quo ex vinculo veluti Maiestati Vestrae desideratorum incremента solatiorum auguramur, ita fraterna nuncupamus vota, ut renatam inter utraque Regna tranquillitatem perennatura Superi velint dignari felicitate: unde non nobis, Regnoque tantum nostro, sed toti Christianitati gaudendi emolumenta derivent. Quod dum prolixo Maiestati Vestrae vovemus animo, prosperrimos simul rerum eventus cordicitus eidem apprecamur. Datum Iavoroviae in Russia, die XXVI Augusti anno Domini MDCLXXX, Regni vero nostri VII<sup>o</sup>.

Eiusdem Maiestatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes <sup>b)</sup>.

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano V etc.*

*Alia manu:* Konig Johan in Polen gratuliert wegen der mit dem Konig von Sweden geschlossenen Heyrath. Iavoroviae die 26 Augusti 1680.

*Item alia manu:* d'Hamb[ourg] le 22 d'Octobre.

*Item alia manu:* Productae a dr. H. Stampeel und J. Braun d. 22 Octbr.

*a)-b) manu propria.*

N. 257.

Varsaviae, 13 Novembris 1682.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
ad mediationis oblationem inter Polonium et Sueciam cunctanter respon-  
det; de vindicationibus [heredum] Henrici Ramel.  
(Translatio germanica ex orig. lat. Literae latinae desunt)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Wir haben von E.L. zwei schreiben bekommen.

Im ersten vermeldet Sie, wie Ir aus gewissen anzeigen sey furgebrachtt, dass zwuschen uns und dem durchlauchtigsten könige zu Schweden kriegs und ander hendell solte entstanden sein, welche unsere gemueter dermassen getrennett, das zu besorgen, wo nichtt mittell zu friedenn dienlich dazu gethan, es mochte draus ein öffentlich und beiden reiche geferliches feur entbrennen <sup>a)</sup>. Derhalben Sie, wie inn andern also auch inn diesen dingten, do von Ir etwas ins mittell kondte gerathen werden, uns Ihre liebe und wilferigkeit angeboten.

Im andern beuelett Sie uns abermals Henrich Ramels eigne sache, welche Sie uns auch zuuor in andere schreiben commendirett hatte.

Souuell nhun das erste belange, seindt wir zwar jederzeit des gemuts und vorsatzs gewesen, das, wie under allen christlichen fursten nichts bequemers als freundschaftt und liebe, auch wir zu unserm theill wie ein christlicher furst gegen alle dieselbigen vornemblich uns deren <sup>b)</sup> befleissigten. Mitt dem durchlauchtigsten könig zu Schweden aber, das

derselbig uns sowol <sup>c)</sup> erstlich zur freundtschafft verursachtt alss <sup>d)</sup> auch sonst mitt einer solchen verwantnuss <sup>e)</sup> berurt, welche auch die aller frembdesten unter sich <sup>f)</sup> verbinden und vereinigen kondte, hilten <sup>g)</sup> wirs dafur, das wir dieselbigen so viel fleissiger zu unterhalten, als wir zu solcher liebe und freundtschaffft grössere und billiche ursachen hatten. Darnach, wie wir den krig wieder den Muschowiter angefangen, haben wir uns nichts weniger besorget, als das uns von dem durchlauchtigsten könige zu Schweden, der uns mitt so gar vielen zugethan und verwandt, uns auch erstlich solchen krieg anzufahen und zu uerfolgen geneigett hatte, einige überlast <sup>h)</sup> und beschwer sollte zugefugt worden sein. Alss <sup>i)</sup> uns gleichwoll über solche unsere <sup>j)</sup> zuuorsicht dasselbige <sup>m)</sup> wiederfaren, haben wir die <sup>n)</sup> sanfftmut gebrauchtt, das wir unsere gesandte zu ihm abgefertigett, billiche und voller liebe mittell furgeschlagen, woraus unser fleiss und furhaben zur einigkeit und billigkeit geneigt zu erspueren, dadurch auch dieser handell, ehe draus grösser unwill und zertrennung entstanden, ohne weitleufigkeit under uns selbst, woll hette bey und hingelegt werden konnen, do uns von dem durchlauchtigsten könige zu Schweden mitt gleichem guttem wille und freundtligkeit were begegnett worden. Solchs aber ist so wenig geschehen, das wir nicht allein von ihm kein zeichen der liebe und guten willens vermerktt, sondern auch spueren, als wolte ehr die ersten schmack noch mitt newen und grössern heuffen und mheren E.L.fleiss, aus einem gegen uns und die gemeine christenheit wolgewogenen gemuete hergeflossen, freundtschafft und verwandtnus zwuschen uns zu unterhalten dienlich, halten wir vor whar gantz hoch. Weil aber wir nott zu sein erachten, das E.L. dessen allen, was sich bissher zwuschen uns und dem durchlauchtigsten könige zu Schweden zugetragen, eigentlich bericht haben muegen, ehe wir E.L. auff diesen handell antwortten, so seindt wir entschlossen, unsern gesandten mitt dem furderlichsten an E.L. abzufertigen, von welchem Sie es volkomlich erfahren konnen.

Inn Ramels sonderlichen sache begeren wir, inn massen solchs E.L. Ihrem begabten verstande nach von sich selbst leichtlich zu erachten, Sie wollen <sup>o)</sup> bewegen, das wir nicht durch ein solch rechtt zu dem reich gelangen, durch welchs diejenigen, so sonstn gemeine erbschafften annemen oder besitzen, auch inn die burde und verpflichtung der verstorbnen treten, sonder das wir durch einhellige und freie whal und chur der stenden dazu beruffen, auch nichts, besonder was zu dem gemeinen gehörtt, inn diesem reich beseitzen. Derhalben, do wir mitt den stenden von dieser schuld handeln, haben wir von ihnen vernommen, das hiruon nichts inn das gemeine beste gewendett noch in die <sup>p)</sup> gemeinen konniglichen schazcammer gebracht worden. Besonder, weill fast das meiste von priuateutten gethan und geschlossen <sup>q)</sup>, so gebe sich auch daraus, welche schulde von dem gemeinen besten und den ordentlichen schatzmeistern dieses reichs nicht gemacht noch geschlossen, das die auch das gemein best nicht pflichtbar machen konnen. Wir aber, weill wir vernommen, das sich etzliche priuateut der verwaltung fast alles dieses geldes undernommen. Domitt nhun irentwegen den unsern glaube nicht bey jemandt geschmelert wurde, hatten wir uns furgenommen hiruber mitt fleiss gericht zu halten, der ursach halben auch ihnen verschienens jars ein tag in Vilna bestimmett. Weill aber derselbige von den gleubigern die zeitt nicht beschicktt wurde, und wir also balde von dar wieder den Muschowiter zu felde auffzugen, ist die erkentnis dieser sachen biss auff diese zeitt ersitzen blieben. Nachdem wir aber nhun wiederumb zu diesen

sachen commissarien zu uerordnen entschlossen, wollen wir auch durch denselbigen unsern gesandten, welchen wir ahn E.L. schicken werden, inen <sup>r)</sup> stell und zeitt ernennen und allen fleiss anwenden, das, wie wir uns inn allem thun vorgesaggt vornemblich auff die billigkeit zu sehen, solchs auch inn diesem fall sowoll ander leutt als E.L. spueren und befinden sollen.

Wundtschen, das es E.L. gluklich und wol gehe. <sup>s)</sup> Warsoue den 13.Novemb. ao 82.

*In dorso:* Deutsche translatio des konigs zu Polen an die kon. matt. zu Dennemarcken gethanen lateinisches schreibens, sub dato Warsaw den 13.Nouembris anno 82.

- |  |  |
|--|--|
| a) feur entbrennen <i>add. sup. lin.</i> kriegk<br>entstehen <i>expunct.</i> | i) Alss <i>add. sup. lin.</i> welchs wie es <i>expunct.</i>  |
| b) deren <i>add. sup. lin.</i> derselbigen <i>expunct.</i>                   | j) solche unsere <i>add. sup. lin.</i>                       |
| c) sowol <i>add. sup. lin.</i> beide <i>expunct.</i>                         | m) dasselbige <i>add. sup. lin.</i>                          |
| d) alss <i>add. sup. lin.</i> zu dem <i>expunct.</i>                         | n) die <i>add. sup. lin.</i> solche <i>expunct.</i>          |
| e) verwantnuss <i>add. sup. lin.</i> freundschafft<br><i>expunct.</i>        | o) doch beherzigen ( <i>lectio incerta</i> ) <i>expunct.</i> |
| f) unter sich <i>add. in marg.</i>   | p) die <i>add. sup. lin.</i> den <i>expunct.</i>             |
| g) correct. ex halten  | q) so sey daher zu uernhemmen <i>expunct.</i>                |
| h) oder <i>expunct.</i>  | r) inen <i>lectio incerta.</i>                               |
|  | s) Vilna <i>expunct.</i>                                     |

### N. 258.

*In castris Turcicis ad Viennam, 13 Septembris 1683.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
victoriam Viennensem nuntiat.*

(*Orig., sig.*)

*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi,  
Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster charissime.

Vocati in subsidium periclitantis Viennae, lectis confestim militaribus copiis, quam angusti temporis spatio, prius viarum incommoda, distan-  
tiam loci et ripas Danubii, demum acumina montium et saltus sylvarum Viennensem superaverimus, famam detulisse non dubitamus. Nobis vel id Maiestati Vestrae placet referre, quod sine iniuria communis Christianorum solatii reticere non possumus. Deo auspice, comite Serenissimorum Principum, Ducum et Electorum fortuna christiani exercitus, quorum nobis cuncti detulerant imperium, die hesterna in campis praesentibus insignem et saeculis memorandam de Turcis et Tartaris reportarunt victori-  
am. Magnus quippe Turcarum Vesirus, Integris Orientis et Hani Cri-  
mensium superbis viribus, iam non Viennae duntaxat intra triduum (ni subventum fuisset) periturae, sed universae Christianitatis spem deglu-  
tiens, acie et proelio unius diei caesus atque fugatus est. Peditatus, vulgo Ianitseri, utpote tardior militia aequalique cum equestribus fugae insuf-

ficiens in castris deserta ac victorum relicta discretioni. Castra ipsa longitudinem et latitudinem duorum fere miliarium exequantum capta. Tormenta atque integra res tormentaria cum opimis spoliis in praemium vetricium cessere armorum. Vienna gravi obsidione et extremis liberata periculis, suoque sedes redditia Caesari. Ulteriori victoriae nox metam posuit ac turpi fuga sese recipienti hosti Pannonicu, terrore viam monstrante, umbra fuit beneficium. Insidet nihilominus tergo illius levior nostra militia, deficientesque in via atque avulsos a corpore fugientium partim caedit, partim in captivitatem abducit. Porro et ipsi in Dei nomine etiam insistimus victoriae non prius destituti, donec si ita propitiis visum fuerit Superis, hostili in terra armis christianis stativa pateant hyberna. Tali itaque rerum Ottomanarum subsecuta confusione, si quidpiam aliquando Europeae vires ubique promptis accinctae armis dignum christiano nomine audere contendant, nunquam opportunita rerum momenta praesentibus nancisci poterunt. Si namque ad clangorem memoratae victoriae vel levis armorum terra marique succedat ostentatio, procul dubio gemens sub tyrannide Graecia ac ipsa Constantinopolis perfido recalcitraret domino ad suasque respiceret origines. Idem de Epyro, Macedonia, Bosna, Bulgaria, Dalmatia, Valachia, Moldavia aliisque regnis et provinciis raptis credendum, prout non levia praemissorum habemus indicia. Forte iam et illam continuam rerum humanarum Mahometano Imperio superesse vicissitudinem, ut postquam ab exiguis profectum initiis eo creverit, ut magnitudine sua laboret, rursus vertente fato et volubilis fortunae rota alio inclinante, ad sua devolvatur principia et ubi satis in altum surrexerit, lapsu graviore ruat. Sed his omnibus Supremo Imperiorum Regnorumque Arbitrio relictis, de Maiestate Vesta omnino persuasi sumus habere illam tantum pietatis in res Christianas et generosissimae mentis, ut non solum felicibus hisce congaudeat successibus, sed eos communes aliquando sibi faciat, nullasque ad mutua Christianitatis commoda intermitat occasiones. Quod dum profundissimis ingeminamus desideriis, optimam Maiestati Vestrae cum prospero rerum successu precamur valetudinem. Dabantur in castris Turcicis in Tentoriis vesiriis ad Viennam, die XIII mensis Septembris anno Domini MDCLXXXIII, Regni vero nostri X<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Majestatis Vestrae

a) bonus frater  
Joannes b).

a)-b) manu propria.

N. 259.

[Parkany,] 10 Octobris 1683.

Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
de victoria Parcanensi.

(Orig., sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Ioannes III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine nostre charissime.

Liberatam arcta obsidione Viennam, fugatum Supremum Turcarum Vesirium et capta ingentia eius castra iam Maiestati Vestrae nuntiavimus, ad praesens haud eandem latere volumus, quam dextera Dei fecerit virtutem. Dum insistendum victoriae rati, praeire validissimo imperatorio exercitui placuit, et supererat pro opportunitate pontibus, vadis scaphisque Danubio, hostem ad Barchan iterum adorti sumus. Afflixerat nos nonnihil dies Iovis proxime praeteritus stratagemmata hostili infestus, solatum est sabbathum Deiparae Immaculatae sacrum, quo tumens hostis quatuor Passarum validis copiis, quas ad alios tres Passas Vesirius pridie submisserat, ut selectissimorum numerum fere ad viginti millia computarent, mutua cum Serenissimo Principe Lotharingo, exercitus imperatorii generalissimo, fortitudine non fugati tantum, sed ad internectionem caesi sunt. Commisso enim proelio, paucissimi fuga elapsi, in Barchan se recipere conabantur, vel ponte ad vicinum e regione Strigonium salvari. At turbam fugientium haud sustinere potuit, itaque plurimos ruptus mersit; reliqui ex octo tormentis grandine globorum disiecti, vel necati, quive aut sponte aut metu in Danubium se praecipitaverant, eodem grandine tormentorum mactati sunti, ut Danubius ad medium stadium in latum sanguine fluxerit, nulla saecula ita rubentem visere; alii a circumfuso per littora exercitu, etiam in Danubium irruente, aduncis vel ad littus retracti et caesi, vel in aquis globis confixi; quive scaphis se evasisse putaverant, rapiditate Danubii ad littus appulsi, vi fatorum sub ictum veniebant; sicque innumerales horrendum mortis spectaculum fuere. Vesirius Budensis cum duobus Passis Kihais plurimis, Beis et Agis occisus; Silistriae et Seivani Passae in captivitatem ducti, universique castris, equis et fortalitio exuti, victori exercitui praeda ingenti relicta. Monstrant astra viam, docentque venire tempus quo heluo Regnorum Europa exterminetur, modo Christianitas expurgiscere velit, secus strictam Deo elapsae commoditatis redditura rationem. Nos licet tot exantlatis laboribus ac effuso pro Dei gloria senatorum procerumque sanguine, non piget cum eodem validissimo Imperatorio et auxiliario exercitu iterum Danubium superare, ut supremum Vesirium Budae inveniamus, benignitati divinae confisi, cui in hostiam et holocaustum sanguinem ferimus, non nobis, non nobis, sed Nomini Suo daturam gloriam, Christianitati vero mentem et animum quin primo vere terra marique concurrat et fractum labentemque Orientem possidere velit. Gratum hunc nuntium fore Maiestati Vestrae haud dubitamus, imo affuturam nobis primo vere et christiano nomini opem laturam speramus, ac pietate innata Maiestatis Vestrae confirmamur. Quam in reliquo benevalere, perpetuoque florere cupimus. Dabantur in Castris ad Danubium capto Barciano, Strigonio oppositis, die X<sup>a</sup> mensis Octobris anno Domini MDCLXXXIII<sup>o</sup>.

Maiestatis Vestrae

a) bonus frater et vicinus  
Joannes b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano V etc.*

*Alia manu: Praesentatae 17 Novembris 1683.*

a)-b) *manu propria.*

[Parkany,] 11 Octobris 1683.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Fridericum Wilhelmum electorem Brandenburgensem  
de victoria Parcanensi.*

(*Exempl. Cfr. N. praecedentem.*)  
*T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Ioannes III, Dei gratia Rex Poloniae etc., Serenissimo Principi Domino Friderico Wilhelmo etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Cognate noster charissime. Liberatam arcta obsidione Viennam, fugatum supremum Turcarum Vesirium et capta ejus ingentia castra, jam Serenitati Vestrae nuntiavimus, ad praesens haud eandem latere volumus, quam dextera Dei fecerit virtutem. Dum insistendum Victoriae rati, praeire validissimo imperatorio exercitui placuit, et superato pro opportunitate pontibus, vadis scaphisque Danubio, hostem ad Barchan iterum adorti sumus, qui mutua cum Serenissimo Principe Lotharingo, Exercitus imperatorii generalissimo, fortitudine non fugatus tantum, sed ad internectionem caesus est. Afflixerat nos nonnihil dies Iovis proxime praeteritus, stratagema hostili infestus. Solatum est Sabbathum Deiparae Virgini immaculatae sacrum, quo et aquilam supervolantem ac in hostem intrepide ducentem et columbam albam exercitui praevolantem, sicut ad Viennam, observavimus. Tumebat hostis ibidem trium Passarum validis copiis, quos ad alias tres Passas Vesirius pridie submisserat, ut selectissimorum numerum ad viginti fere millia computarent. Sed dextera Domini, quae manus armat, ad proelium fecit virtutem: commisso enim, non fugati tantum, sed deleti, paucissimis fuga elapsi. In Barchan se recipere conabantur vel ponte ad vicinum e regione Strigonium salvari; et turbam fugientium haud sustinere potuit, itaque plurimos ruptus mersit. Reliqui ex octo tormentis grandine globorum disiecti vel necati, quive aut sponte aut metu in Danubium se praecipaverant, eodem grandine tormentorum mactati sunt, ut Danubius ad medium stadium in latum sanguine fluxerit: nulla secula ita rubentem videre; alii a circumfuso per littora exercitu etiam in Danubium irruente aduncis vel ad littus retracti et caesi vel in aquis globis confixi, quive scaphis se evasisse putaverant, rapiditate Danubii ad littora appulsi vi fatorum sub ictum veniebant, sicque innumerablem horrendissimum mortis spectaculum fuere. Vesirius Budensis occisus, Silistriae et Aleppi Passae in captivitatem ducti, universique castris equis et fortalitio extuti, victori exercitui praeda ingenti relicta. Quae tamen et auxiliaribus Serenitatis Vestrae copiis, quas nobis associandas hodie vel cras expectamus, non minor speranda. Quaerendus enim Vesirius, ut reliquo animo viribusque, Dei benignitate, cadat, futurumque ver magis tranquillum nanciscamur. Cum propitio coelo monstrant astra viam, docentque adesse tempus, quo helluo regnorum Europa exterminetur, modo Christianitas expurgiscere velit; secus strictam Deo elapsae commoditatis redditura rationem. Gratum hunc nuncium fore Serenitati Vestrae haud dubitamus, imo affutram nobis primo vere et Christiano nomini opem laturam speramus ac pietate innata Serenitatis Vestrae confirmamur. Quam bene valere per-

petuoque florere cupimus. Dabantur in castris ad Danubium, capto Bar-  
chan, Strigonio oppositis, die XI mensis Octobris anno Domini 1683.

Serenitatis Vestrae

bonus frater et cognatus  
Joannes. <sup>a)</sup>

a) in ms.: *Johannes, littera h expuncta.*

N. 261.

[*Parkany,*] 9 Octobris 1683.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad nuncium pontificium Pallavicini  
de victoria Parcanensi.*

(*Exemplar*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Copia Litterarum Serenissimi Regis Poloniae ad Nuncium  
Pontificium, Illustrissimum Dominum Palavicini exarata-  
rum in castro ad Danubium e regione Strigonii, die 9 Oc-  
tobris 1683.

Favit denuo Divina Clementia armis Christianis, dum hodierna die no-  
vam eisdem largita est victoriam, eamque tantam, ut quamvis Viennensis  
illa longe fuerit celebrior, haec tamen nostri christiani nominis magis  
cruenta. Inter praecipua habuimus vota, pontem ad Strigonium quantocius  
occupare, veluti grande rebus nostris momentum, dum correspondentiae  
inter novas arces aliaque fortalitia, hac ratione impedirentur; quo post-  
quam nostro cum exercitu proprius nudius tertius accederemus, maiori  
numero quam edocti eramus, hostem adesse cognovimus. Hic aliquo con-  
tra avanguardiam nostram habitu successu, Vesirio non procul hinc distan-  
ti rem significavit, a quo bini adhuc suis cum copiis missi adiunctique  
sunt Bassae, iis cum mandatis, ut nostra aggredierentur castra. Praeveni-  
mus vero ipsos, et in campum egressos, prospero Marte, invasimus, uno-  
que deturbavimus impetu. Octo erant Bassae, ex quibus binos habemus  
vivos, alterum Silistriae, qui unus est ex septem Vesiriis, alterum Aleppi,  
duo alii adhuc inter captivos latitant, caeteri interfecti creduntur. Tam  
validus exercitus e campo refugis, angustiis exigui loci Barcam dicti sese  
includere, ibidemque subsistere volebat. Nobis vero, vestigia ipsorum pre-  
mentibus, per pontem sese sub fortalitium recipere conabantur, quem dum  
tumultuarie invaderent, ruperunt. Tum demum panicus invasit terror, ut  
abiectis vestibus, natando tam prolixum fluvium superare allaborarent,  
quaes tamen felicitas rarissime cuiquam contigit. Spectaculum erat ima-  
ginem Supremi Iudicii referens, tot nudos videre homines, qui a pedestri  
militia nostra ex sclopetis, tormentisque grandine globorum, eorum prae-  
sertim (qui militari vocabulo cartacea vocantur) horrendum in modum  
mactabantur, ita ut absque metaphora dici possit: Danubium sanguine ru-  
buisse, atque Vesirio de clade suorum Budam usque nuntium detulisse.  
Omnes enim caesi in fluvium labebantur. Reliqui in valle et oppido ultro  
sese nobis dedere, inter quos multi decoro ac spectabili vultu, ut facile  
flos Turcicae militiae credi possit, e diversis regionibus hinc usque ad

Arabiam felicem lectis. Omnia haec quinque horarum spatio acta sunt. Turcae campo exacti, fusi, caesi, mersi, fortalitium et oppidum expugnatum, ex hac parte Danubii Barhan dictum, in quo Mosheam dirui iussimus. His proinde tam prosperis eventibus instandum omnino est in designationibus nostris.

N. 262.

*In arce Strigonii, 28 Octobris 1683.*

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
de victoria Parcanensi nuntiat et ad ulteriore cooperationem in bello  
adversus Turcas exhortatur.  
(Orig., sig.)  
T.K.U.A. Polen A.I.3.*

Joannes III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster charissime.

Posteaquam Deo Auspice, virtute et fortitudine sociati nobis caesariani, atque federatorum Principum exercitus superbas Orientis vires binis felicissimis iisque in saecula memorandis ad Viennam et Barkanum proeliiis (de quibus iam per priores nostras Maiestatem Vestram certiores reddidimus, et ad praesens luculentius de numero caesorum ultimo conflictu hostium ex annexa copia litterarum Vesirii constabit) fudimus, atque ex campis pepulimus, deficiente in apertis hoste, ad inclusum moenii et arcibus reliquum bellicarum operationum tempus convertimus: nec minori, Dei gratia, prioribus successibus fortuna, post triduanam etenim Strigonii oppugnationem, hostis, qui iam tot casibus nil nisi timere et fugere didicit, susceptis deditiois conditionibus, vetustissimam Hungarici Regni primatialem sedem et cathedram archiepiscoporum, praecipuum Danubii portorium, sexaginta tormentis maioribus annona, reque tormentaria sufficienter provisum, rupe, situ et natura loci munitum, longissimi temporis dominio, caerimoniisque Mahometanis evacuatum, avito restituit Domino: Divumque suis altaria redditia templis. Recolimus in his omnibus summam exercituum Domini erga res Christianas bonitatem, ac simul eidem confisi audemus non dubia spe asserere prosperrimos praesentis anni contra Turcas successus certissima fore casuri Mahometani Imperii praeludia, si vires Christianae rem bene, feliciter ac fortiter cooptam communibus armis, vel levissimo impedio prosequi annitantur. Suscipiat itaque Maiestas Vestra seriam opportuni temporis et circumstantiarum meditationem, maturaque prahabeat deliberatione, quantum commodi pro Christianitate, pro se immortalis nominis, quantum denique terrae pelagique poterit parare hoc, quem cognatae interdum hauriunt sanguine dextræ. Intendat Maiestas Vestra suum caeterorumque Principum Christianorum animum, eo quo proelia Domini multos in nomine eiusdem habitura triumphos provocant, et tot successibus excitant. Nobis porro dum ingravescenis autumni rationes ulteriore belli prosecutionem adstringunt, vel id prosequemur, continuo ad Maiestatem Vestram pulsaturi voto, quomodo primo vere, Christianorum armorum societatis, victoriarum et gloriae suscipiat communionem. Cui de reliquo optimam valetudinem et

prosperos rerum successus ex animo precamur. Dabantur in Arce Strigonii,  
die XXVIII mensis Octobris anno Domini MDCLXXXIII, Regni vero  
nostrri X<sup>0</sup> anno.

Majestatis Vestrae

a) bonus frater et vicinus  
Joannes b).

*In dorso: Serenissimo Principi Domino Christiano V etc.*

*Alia manu: Praesentatae 11/21 Novembris 1683.*

a)-b) *manu propria.*

N. 263.

S.l., s.d. [post diem 9 Octobris 1683]

*Supremus Vesirus [Kara Mustafa]  
ad principem Emericum Thökely  
de ultiōis necessitate post cladem ad Parcanum passa.*

(*Versio latina.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Excellentissimi Domini Supremi Vesiris ad Celsissimum Principem  
Hungariae Emericum Thökölüm literarum interpretatio.  
Post consuetos honoris titulos et amicam consalutationem.

Cognitum comptumque habeas, iuxta enarrationes linguarum ex  
hostium exercitu captarum et veras undecunque perceptas notitias, Regem  
Poloniae cum aliquo Divinitus perdendo exercitu, Uyvarinum versus  
adventurum aut ad destruendum pontem Barhanum invasurum atque insul-  
taturum esse. Et praeterea intendere ipsum, quo possit, pagos in illis par-  
ibus sitis comburendo atque devastando, quanto magis licuerit detrimen-  
tum inferre, quapropter purpuratus Budensis Celsus atque honoratus Do-  
minus Mahamedus Passa, completis cum suis militiis, universim cum Bu-  
densi et Confinialio et Silistrensi et Caranensi et Sebastensi exercitu, qui  
viginti et viginti quinque millia militum expeditorum compraehendit, desti-  
natus atque missus est, et praeterea cum coram Strigonio in ipso Barhano  
Sophiensis Haszarus Passa cum suis militiis et universo Rumeliae exercitu  
promptus paratusque existat. Omnes isti exercitus triginta quinque millia  
militum Musulmanorum excedunt. Quibus praelaudatus Vesirus Budensis  
Dux constitutus versus Uyvarinum iter suscepit et in praesenti etiam Cri-  
mensis Hanus felicissimus Hadzigiereus cum universis exercitibus ex Pesti-  
nensi campo illuc versus profecturus est. Igitur cum quoque per summam  
vigilantiam et perspicacitatem, instructus notitia istius dispositionis atque  
promptus paratusque existens cum Hungarico exercitu sub se militante,  
et cum praelaudato Hano et praetitulato Budensi Vesirio per celeres Nun-  
tios correspondens, prout oportunum et congruum visum fuerit, per una-  
nimem cum illis consensem et coniunctas vires contra hostem profectus  
omnem operam adhibeas, et maxime nitaris, ut **actiones utiles excuso**  
Imperio prodeant. Praenarratis omnibus commissum est, ut tecum cor-  
respondentes iuxta tuam dispositionem atque consensem pro Imperatorio

servitio connitantur. In hac militari expeditione tuam virtutem expecto, prout convenit, expleas iura speratae a te sinceritatis et ingenuitatis. Utinam opitulante Deo, missis celerrime ultro citroque nuntiis, prout opportunum visum fuerit, per optimam operationem sumpta hac vice ab hostibus ultione, petulantiae et malignitatis debitas inimici luant poenas. Cum hac occasione effectus fidelitatis et obedientiae tuae prodierint, adeptus aestimationem in conspectu Augustissimi et Potentissimi et Maximi nostri Imperatoris, in posterum etiam magis magisque imperatoria benignitate et clementia decoraberis. Dies adsunt ostentandae fidelitatis et oboedientiae, maxime connitaris, ut omnes vires tuas intendas, ut hac occasione laudabilem et gratam aliquam operationem praestes atque continuo res hostium explores, atque illarum instructus notitia, prout tibi scriptis demandatum est, cum Crimensi Hano et cum Budensi Vesirio unanimi consensu correspondeas atque postea quam celerrime atque realiter declares per literas tuas, qualisnam operatio oportuna sit. Salus parentibus Deo.

Ex interpraetatione <sup>a)</sup> Alexandri Maurocordato sc.

a) Sic in ms.

N. 264.

Iavoroviae, 21 Aprilis 1684.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
de quodam regis Daniae ablegato, qui in suo in Poloniam adventu in obscuris rerum adiunctis evanuit.*

(Orig. vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Ioannes III, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano V, Dei gratia Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Domine, Frater et Vicine noster charissime.

Dum singulare habemus desiderium arctissimi cum Maiestate Vestra amicitiae vinculi, quam eximia virtutum ac fortitudinis gloria orbem novimus implevisse, amamusque Serenissimi Regis, Divi Antecessoris sui, Regno nostro amicissimi, dignissimum Haeredem, ac quaerimus optamusque occasiones gerendae mutuo correspondentiae. Summe gavisi sumus postquam characterem Ablegati a Maiestate Vestra in Regno nostro audi-  
vimus et ecce solatii loco sollicitudinem nacti sumus. Venit quippe Magister de Croes in locum hunc, quem amoenitati primi veris ele-  
gimus. Cumque nos absentem venatione invenisset, cum Reverendissimo Nuntio, Sedis Apostolicae in Aula nostra agenti differentiam exorsus, obtentum huc illuc vagandi sumpsit, cum Reverendissimus Nuntius sacro-  
rum quidem, autoritate Pontificia, arbitrium habeat, status tamen ac sae-  
cularium nullum usurpet. Quo cognito in redditu, per Aulae nostrae familiarem eiusque compatriotam, bene ipsi notum, fecimus illi significari; in confiniis, vicinis hosti, ubi variarum gentium confluit militia, non satis tuta viarum curricula, satius exequatur quae habet mandata, nec longius sinat desiderio nos teneri, omni personae et characteris tanti Regis honore. Sed cum in plures dies, mox mox adventum promittens, distulisset,

iterum per virum ex Senatu gravem, qui illum allocutus, idem a coram ei declarari curavimus. Cumque promptum se functioni declarasset, illico disparuit; quam ferre moram dum haud aequum videretur, Supremus Cubiculi nostri Praefectus, quo major in aulam nostram venientibus non datur honor, salutare illum voluit, quin praestari accessu declararet, morbose excusavit. Cum vero etiam aegrum visitaturus accederet, praesentem non invenit, solum Consors eius absentem excusavit, ubi autem moraretur, profusis lachrymis nescire se subjunxit. Mira haec hominis volubilitas, cum ambire audientiam omnibus solenne, illeque advenientium scopus, hic oblatum declinat, nec mutuo Majestatum nostrarum honori nec characteri, si quem gerit, consona videtur dum nulla facta sui intimatione, imo primo exemplo et honore invitatus neglecto, omnibus domesticis et uxore in ultimo suburbio relictis, binis trinisve, sine lare et foco vagis hominibus conductis, vili eoque infido Ruthenicorum rusticorum de loco in locum vehiculo se credens, nocte, sceleri amica, utens, variis periculis se exposuit et in secundam septimanam abest. His stantibus, uxor eius apud Serenissimam Reginam, Consortem nostram, audientiam petit, cumque lachrymis questa in errantem maritum, ut orbitati eius securitas praestetur, obtinuit. Cum tamen magnum characteris videamus abusum, deferenda haec Maiestati Vestrae rati sumus, quo intimam animi nostri in amorem eius promptitudinem probemus omni tempore testaturi, qua teneritudine ac aestimatione in Maiestatem Vestram ferimur, mutuamque ac fidam ambimus omni ratione amicitiam, omnemque daturi honorem dum Maiestati Vestrae firmum ac constantem propositi virum ad nos, mandata sua exequenda, quae amica confidimus, ablegare placuerit, vicissim facturi quo luculentius constet, quanti habeamus voveamusque cum tanto Rege fraternum commercium. Quem benevalere cupimus Deoque ter Optimo Maximo commendamus. Dabant Iavoroviae in Russia, die XXI mensis Aprilis, anno Domini MDCLXXXIV<sup>0</sup>.

Maiestatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes. <sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 265.

Varsaviae, 30 Martii 1685.

*Ioannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae  
de matris morte eum consolatur.*

(Orig., vest. sig.)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano Quinto, Daniae etc. Regi etc.

Serenissime Princeps, Frater et Vicine noster charissime.

Supremam vixisse diem Serenissimam Principem Dominam Sophiam Amaliam, Reginam Daniae, Norvegiae, Vandalorum Gotorumque, Ducem Slesvici, natam Brunsvicensem et Luneburgensem, Holsatiae, Stormariae

et Ditzmarsiae, Comitissam in Oldenburg et Delmenhorst, matrem Maiestatis Vestrae desideratissimam, ex literis Eiusdem Maiestatis Vestrae dolenter sane cognovimus. Eximiae enim virtutes, quibus tanta excellebat Heroina, prolixorem inter mortalium curas exigebant benemerendi campum; cum tamen ita illi placuerit Maiestati, quae Principum spiritus auffert, estque terribilis apud Reges terrae, Divinae ipsius acquiescendum est voluntati. Neque nobis quidpiam reliquum manet, quam ut Maiestati Vestrae eiusque Regiae Domui pro tam insigni jactura, ex fraterno affectu nostro, votivorum quorumvis solatiorum auctoramenta, optemus, Eadem longaevam ac omni prosperitate affluentem apprecessurum incolumitatem. Dabantur in arce nostra regia Varsaviae, die trigesima mensis Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto, Regni vero nostri anno undecimo.

Maiestatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater et vicinus  
Joannes <sup>b)</sup>.

a)-b) *manu propria.*

N. 266.

Varsaviae, 16 Ianuarii 1696.

*Joannes III rex Poloniae  
ad Christianum V regem Daniae;  
matrimonium filii eius Friderici gratulatur.*

(*Orig., sig.*)

T.K.U.A. Polen A.I.3.

Joannes Tertius, Dei gratia Rex Poloniae etc. Serenissimo Principi Domino Christiano Quinto, eadem gratia Regi Daniae etc., Serenissime Princeps, Frater, Cognate et Vicine charissime.

Literas Maiestatis Vestrae de septima Decembribus anni proxime elapsi, quibus nos uberrimi sui ex peracto feliciter matrimonio Serenissimum Principem Fridericum Filium primogenitum nec non Regnorum Ditionumque suarum Haeredem inter ac Celsissimam Principem Ludovicam Ducissam Megapolitanam, concepti gaudii certiores reddidit, lato animo plenoque accepimus affectu. Quemadmodum enim firmum necessitudinis vinculum, et fraternalae amicitiae studia Maiestatis Vestrae erga nos merito magnificamus, habemusque gratissima, ita non postremas nobis ex prosperis eiusdem vendicantes solatii partes, animitus vovemus, ut cuius conjugii primordium, festivusque ingressus tam auspiciatus Maiestati Vestrae existit, idem secundis ad serum finem procedat successibus, exoptatique fructus ejus, non minus in Domus Regiae ornamentum, quam totius Christianitatis utilitatem augeri nunquam desinant. Quod reliquum est, Maiestati Vestrae longaevam inter felicissimos rerum eventus incolumitatem precamur. Dabantur Varsaviae, die XVI<sup>o</sup> mensis Januarii, anno Domini MDCXCVI<sup>o</sup>, Regni vero nostri XXII<sup>o</sup>.

Maiestatis Vestrae

<sup>a)</sup> bonus frater, cognatus et vicinus  
Joannes. <sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*



**I N D I C E S**



## INDEX NOMINUM PROPRIORUM

### A

ABBOT Ioannes, nauclerus, 185-6.  
 « ABRAHAM SACRIFICIUM », navis, 146.  
 ALBERTUS, archidux Austriae, 61.  
 « ALBUS CANIS », navis, 119.  
 ALEPPI bassa, 260-1.  
 ALEXANDER, princeps Pol., 125.  
 ÄLVSBORG (Elfsbargh, Elfsborg, Elfzbårg), 16, 27, 30-1.  
 AMSTER Ioannes von, civ. Gedan., 159, 162, 166.  
 ANDERSCHOVIA (Antuorschovia [Antvorskov]), 23, 191.  
 ANDERSEN (Andersson, Andersøn) Anders, servitor Sigismundi III, 78, 82.  
 ANDERSEN Niels, navis praefectus, 178.  
 ANGLIA, Anglicus (Engellisch), 68, 73, 93, 132, 185-6, 249, v. *etiam Britannia*.  
 ANHALTINUS princeps, 202.  
 ANSIATICAE (Hansa) civitates, 137.  
 ANTVERPIA, 105, 107.  
 « AQUILA ALBA », navis, 146.  
 « AQUILA NIGRA » (Swarte Örnene, Den sorte ørn), navis, 31-2, 146.  
 ARABIA, 261.  
 ARCISZOWSKI (Arciszewski) Elias, regis Daniae capitaneus, 100, 102, 109.  
 ARVIDSON Bent (Arffwedson Bencht), servitor Gustavi Adolfi, 53.  
 ASTONUS Arturus, Anglicus, 73.  
 AUGUSTANA confessio, 133.  
 « AUREA COLUMBA » (Gyllendufuen), navis, 15.  
 AUSTRIA (Österreich, Österik), Austriacus, 41, 127, 189, 208, 237, 242.  
 AXBERG Jonas till Bergzhammer, secr. Sigism. III, 20, 25.

### B

BACKER Nicolaus, navis duxor, civ. Gedan., 146.  
 BALINSKI Ioannes, Prussiae thesaurarius, 80.  
 BALTIKUM mare (Östersjön, Ostsee), 10, 16, 25, 73, 77, 79, 90, 92, 129, 137, 151-2, 200, 220.  
 BARCHIAN v. Parkany.  
 BARCKENSTORP v. Jonsson.  
 BARGENSTEDT, 21.  
 BARTILSON Ifuar (Ifuer) v. Grön Ivar.  
 BAUDISSIN de (Baudisin, Baudisius, Baudusius)  
 — Henricus, cubic. reg. Pol., 163.  
 — Volfgangus, gen. exerc., 157, 160-1.

BAUMGARTEN Roger (Bomgard Reckart, Bomgardt Rockart), procurator, 33.  
 BAVARIA, 182.  
 BECKESKOGH, v. Ramel.  
 BÉKÉS (Beckis) Vladislaus, 24, 28-9.  
 BELGIUM, Belgici, 60-1, 66, 200, 202, 206, 244.  
 BERGHAMMER v. Axberg.  
 BERLINUM (Berolinum), Berlinensis, 216, 226.  
 BERNECK v. Holte.  
 BERTILSSON Grön Ivar, (Bartilson Ifuar vel Ifuer), v. Grön.  
 BESSARABIA, 245.  
 BETHLEN (Bethlem) Gabor, princeps Transylvaniae, 86.  
 BIALOCERSCENSIS v. Lubomirski.  
 BIELKE Erich (Ericus) till Peningeby, nob. Sued., 34.  
 BIELKE Svante (Swante, Suanthe), till Ulfwåse, nob. Sued., 33.  
 BIUERS Laurentius, civ. Gedan., 89.  
 BLANCKEN Ioachim, nauclerus, 120.  
 BLEKINGE, 22.  
 BÖCKMAN Dirich, civ. germ., 15.  
 BOHEMIA (Behmenn) Bohemicus, 127, 189, 214, 242.  
 BOMGARD Reckart v. Baumgarten.  
 BORBONICAE aquae, 247-8.  
 BORISTENES flumen, 116.  
 BORNHOLMENSIS insula, 244.  
 BORUSSIA, Borussicum v. Prussia.  
 BOSCH (Boschius, Busch) Christophorus, civ. Ottoniensis, 9.  
 BOSNA, 258.  
 BRANDENBURGIA, Brandenburgensis, (Brandenburgicus), 39, 42, 68, 86, 139, 143, 156-8, 201-2, 212, 214, 218.  
 BRATBERG, 186.  
 BRAUN I., 256.  
 BRAUNSBERGA (Brunsberg), 2, 139.  
 BREMEFORDE, 233.  
 BREMER Ioannes (Johan), factor regis Pol., 130.  
 BRITANNIA (Magna Britannia), Britannicus, 56, 68, 73, 92-3.  
 BROMBERGENSIS v. Bydgostia.  
 BRÖMS Ioannes (Hans) till Ottinge, 37.  
 BRUNSPERG v. Braunsberga.  
 BRUNSVICENSIS, 247, 265.  
 BUDA, Budensis, 259-61, 263.  
 BULGARIA, 258.  
 BURGUNDIA (Burgundt), 127, 189.  
 BUSCH v. Bosch.  
 BÜSCHING A.F., 176.  
 BYDGOSTIA (Bromberg), Brombergensis, Bydgostiensis, 114, 214.  
 BYE Nicolaus de, residens Polonus Hagae Comitum, 244.

## C

CAECILIA RENATA regina Pol., uxor Vladislai IV, 145, 174, 189.  
 CALMARIA (Cailmer, Kaimar), Calmarenensis, 14, 17, 22, 33-4, 38.  
 CAMENECIA (Cameneicum), 239, 245.  
 CANDIA, 239.  
 « CANIS MARITIMUS », navis, 146.  
 CARANENSIS exercitus, 263.  
 CARELLA (Carelen), *passim* in tit. reg.  
 CARINTHIA, 127.  
 CARNIOLA, 127.  
 CAROLINA (Carola) AMALIA regina Daniae, 240.  
 CAROLUS a Crakow, nobilis Polonus, 146.  
 CAROLUS I rex Brit., 92.  
 CAROLUS (Carell, Karl) dux Sudermaniae, *postea* Carolus IX rex Sueciae, 16-18, 23-9, 33-4, 37, 41, 44-6, 50, 56, 77, 83, 87-8.  
 CAROLUS XI rex Sueciae, 257.  
 CENSEN Laurentius, navis duxor, civ. Gedan., 146.  
 CHERSONESUS Cymbrica, 132.  
 CHOINICUM, 202.  
 CHRISTIANIA (Oslo), 133-4.  
 CHRISTIANITAS, Christiana Republica, Christianus Orbis, 68-9, 77, 88, 127, 160, 164, 169, 239, 245, 248, 250, 254-6, 258-60, 262, 266.  
 CHRISTIANUS, Christiani IV filius, 45.  
 CHRISTIANUS IV rex Dan., 11-47, 49-60, 62-5, 67-79, 81-5, 87-9, 91-2, 94-143, 145-165, 167-173, 175-185, 187-191, 193-4.  
 CHRISTIANUS V rex Dan., 238-46, 248-56, 258-9, 262, 264-6.  
 CHRISTIANUS ALBERTUS, dux in Holsatia - Gotorpia, 224.  
 CHRISTIANUS GUILLEMUS (Wilhelmus) princeps, marchio Brandenburgicus, 143.  
 CHRISTINA princeps, postea regina Sueciae, 139.  
 CLAESSEN Cornelius, nauclerus, 105.  
 CLARUS MONS v. Czestochoviensis Mons.  
 COLBERGENSIS, 120.  
 COLDINGA (Kolding), 4, 63, 124, 127.  
 COLONIA, Coloniensis, 47-8, 122, 142, 150, 153, 213.  
 CONSTANTINOPOLIS, 258.  
 COPENHAGEN v. Hafnia.  
 COQUUS Nicolaus v. Kock.  
 CORONAEBURGUM (Cronneburgum, Kronenburgo), 1, 19, 34-5, 39, 131-2.  
 COSACI Zaporovienses, 199.  
 CRACOVIA (Crakow), Cracoviensis, 9-10, 13, 41-7, 109-10, 112, 127, 139, 174, 176, 196, 204, 207-11, 215, 225, 229, 245-6.  
 CREMONENSIS v. Krzemieniec.  
 CRIMENSES, 258, 263.  
 CROATIA, 127.  
 CROES de, Josef August, magister, 264.  
 CRONNEBURGUM v. Coronaeburgum.  
 CULMENSIS, 139.  
 CURLANDIA (Cihrländt), 54, 77, 87, 139.  
 CYMBRICA Chersonesus v. Chersonesus.  
 CZAPLIŃSKI W., 139.  
 CZARNIECKI (Czarneclus) Stephanus, pal. Russiae, 209, 214-15, 217.  
 CZARNY OSTRÓW, 208.  
 CZERNIHOVIA, *passim* in tit. reg.  
 CZESTOCHOVIENSIS (Clarus) Mons, 207.

## D

DACIA, 245.  
 DALMATIA, 127, 258.  
 DANIA, Danici, *passim*.  
 DANKOVIA, 232.  
 DANTZICHE (Dantzig), Dantiscani (Dantziger Dantzger), v. Gedanum.  
 DANUBIUS, 239, 245, 258-61.  
 DELMENHORST (Delmengorst) *passim* in tit. reg.  
 DEMBIŃSKI Valentinus de Demblany, reg. Pol. cancellarius, 80.  
 DENHOFF, Dönhoff (Dinhopf)  
 — Gerardus, gub. Koscierzyniensis, 23, 106, 151.  
 — Henricus, 115.  
 DEUTSCH v. Germania.  
 DIETHMARSCH (Ditmarschen, Dyttmarsk) *passim* in tit. reg.  
 DIGNEWALL, 14, 15.  
 DIRSOVIENSIS, 80.  
 DÖNHOFF v. Denhoff.

## E

ECKSTAEDT (Ecksted) v. Vitzthum.  
 EGESCHOUFF v. Ulfeldt.  
 EHESTEN, 194.  
 EIBING v. Ubbingk.  
 ELBINGA, Elbingensis, 2, 58, 60, 90, 139, 171.  
 ELEONORA archiducessa Austr., postea reg. Poloniae, 237, 240-2.  
 ELFZBÄRG v. Alvsborg.  
 ELISABETTHA, princeps Palatina, 145.  
 ELSINORE (Eltingora) v. Helsingör.  
 ENGELLANDT, Engellisch v. Anglia.  
 EPYRUS, 258.  
 ERSKINE John (Ioannes), Earl of Mar, 15.  
 ESTHONIA (Ehster, Eesten), *passim* in tit. reg.  
 EUROPA, 156, 254, 258-60.

## F

FÄGELVIK (Fugelwijk, Fugelwick), 27, 30-1.  
 v. etiam Gyllenstierna.  
 FAHRÅS, v. Fjärås.  
 FALSTERBO (Falsterboe), 95-6.  
 FARENBECK (Farensbeccius), 4.  
 FÄRSHOLM (Forssaholm), 14, 15.  
 FERDINANDUS II Rom. imp., 127.  
 FERDINANDUS III Rom. imp., 145.  
 FINKE Jören, mandatarius Sigism. III, 23.  
 FINLANDIA (Findland, Finnland), 25, *passim* in tit. reg. etiam.  
 FJÄRÅS (Fahrås), 53.  
 FLENSBURGH (Flensburgensis), 7, 192.  
 FLOET Iacobus, civ. Gedan., 89.  
 FORSER Daniel, servitor Sigismundi III, 91.  
 FORSSAHOLM v. Färsholm.  
 « FORTUNA », navis, 146.  
 FRAMEBURG, 2.  
 FRANCK Franciscus, musicus, 238.

FRANCKREICH (France, Frankrijke), Frantzos  
v. Gallia, Gallus.  
FRANZEN Cornelius, negotiator Coloniensis,  
47, 48.  
FREDERICHSBORG v. Friderichsburgum.  
FREDRO Iacobus Maximilianus, succam. Prae-  
missensis, secr. regius, 139,  
— Maximilianus, 80.  
FRIERICHSBURGUM (Friedrichsburgh, Frederichs-  
borg), arx, 16, 17, 24-6, 28-9, 66-7, 105, 108,  
130, 177, 184-5, 187-8, 194.  
FRIERICHSDORF fortalitium, 211.  
FRIDERICUS II rex Dan., 1-10, 15, 17, 23, 26.  
— III rex Dan., 192-3, 195-212, 214-23, 225-30,  
233, 235-7.  
— princeps, 266.  
FRIDERICUS WILHELMUS elector Brand., 260.  
FRIIS (Friess) Christian, canc. reg. Dan., 15,  
— (junior), etiam canc. reg. Daniae, 151-2.  
FULSBUTTELIANA castra, 156.

## G

GÄDDEHOLM v. Posse Nils.  
GÄFLE v. Gävle.  
GALLIA (France, Frankrijke) Gallus (Frantzos),  
5, 16, 56, 92, 139, 142, 200, 206, 208, 211,  
226, 235, 249, 252-3.  
GAMBINUM, 126.  
GARONNE Ioannes a, Gallus, 5.  
GÄVLE (Gäfle, Geuel), 31-2.  
GEDANUM (Dantiscum, Dantzich, Dantzigk), Ge-  
danenses (Dantiscani, Dantziger), 1, 9-12,  
38, 55, 62, 65, 71, 74, 76, 80, 89, 108, 110,  
119, 123, 127-8, 140-1, 144, 146-7, 151-2, 154,  
157, 159, 162, 166, 178, 183-4, 190-1, 198-9,  
201-7, 224-5, 234, 244, 249-50.  
GEDE Ove v. Gjedde Ove.  
GELLENTIN Thomas, civ. Gedan., 183.  
GEMICKI Petrus, secr. reg., 90, 127.  
GEMERNICII, 86.  
GEORGIUS GUILLEMUS, dux Brunsicensis et Lu-  
neburgensis, 247.  
GEORGIVS GUILLEMUS, elector Brandenburgens-  
sis, 68, 86.  
GERMANIA (Tyslandh), Germanicus (Deutsch,  
Theutonicus, Thydsche), 71, 77, 120, 127,  
163.  
GERSDORFF Ioachim, locumtenens reg. Dan., 196.  
GEUEL v. Gävle.  
GILHULT v. Leilell.  
GITTEMBURGUM, v. Gothoburgum.  
GJEDDE Ove (Gede Ove, Jedden Offue), navis  
praefectus, 186.  
GLENNUS Melchior, adv. Mariaemburgensis, 80.  
GLUCHSBURGH, 165.  
GLÜCKSTADT (Glückstadt, Glückstatt, Glick-  
statt) Glückstadiensis, 89, 109, 122, 143,  
145-7, 157, 159, 162, 252-3.  
GNESNENSIS, 230.  
GOES de, mandatarius reg. Dan., 250.  
GOLDBACH Anna Justina de Reichenwald, 227.  
GONSEVIUS v. Gosiewski.  
GONZAGA v. Ludovica Maria.  
[Gosiewski] Gonscevius Corvinus, « Lith. gen.  
locumtenens », 202.

GÖSTAF konung v. Gustavus.  
GÖSTAF hertigh v. Gustavus Adolfus.  
GOTHI, (Gotti, Göthes, Gotten, Gottes, Göthes)  
passim in tit. reg.  
GOTHLANDIA, 58, 70.  
GOTHOBURGUM (Gittemburgum), 249.  
GOTSCALCUS Ionae v. Jonas Gottskalk.  
GOTTARDUS, factor regis Pol., 122.  
« GOTTBURG », navis, 138.  
GOTTORPIA, 224.  
GRAECIA, 258.  
GRAFFENHAAG, (Gravenhage) v. Haga Comitum.  
GRIP Birgitta, 41.  
— Mauritius, 41.  
GRODNA (Grodnun), 98, 115, 252.  
GRÖN Bertil Ivarson de Järpilä, nob., 44.  
— Ivar Bertilson aulicus Sig. III, 44.  
GUILLEMUS (Vilhelmus) dux Curlandiae, 54.  
GULDENBALCK v. Holtze.  
GUSTAVSSON v. Stenbock.  
GUSTAVUS I (Gösta) rex Sueciae, 50.  
GUSTAVUS ADOLFUS rex Sueciae, 53, 56-7, 69,  
77, 87, 88, 90, 156.  
GUSTMAJER Fabianus, secret. leg. Dan., 254.  
« GYLLENEDUUFEN » v. « Aurea Columba ».  
GYLLENISTERNA (Gyldestiern, Gyldennstiern,  
Gyllensterne, Ioannes, baro in Lundholm  
(Lindholm) et Fågelvik, 27, 30-2.

## H

HAB lacus, 2.  
HADENTHONIUS, comes, Anglicus, 132.  
HADERSLEBIA (Haderslöffhuss, Hadersleff), 7, 8,  
10, 45-7, 82, 140-1, 154, 189.  
HADZIGIEREUS, hanus Crimensis, 263.  
HAFNIA (Hafnia, Hafrica, Copenhagen, Kö-  
penhavn, Köpenhampn), 6, 12, 15, 18, 20,  
27, 30-3, 37-8, 40-2, 49, 56, 62, 69-70, 73, 78-9,  
81-2, 92, 96-7, 100, 104, 107, 111, 120-1, 129,  
136-9, 153, 161, 163, 168, 171-4, 178-9, 183,  
193-4, 196, 200, 203, 205, 210, 217-8, 220,  
228-9, 233, 240-1.  
HAGA COMITUM (Graffenhaag, Gravenhage), 224.  
HALLAND (Halland), 17, 37, 53, 64.  
HALLENDORFF C., 15, 139.  
HALO Saxonum, 176.  
HAMBURGENSIS Caspar, 120.  
HAMBURGUM (Hamburg), 226, 235, 256.  
HAMILTON (Hammelethon) Ioannes, Anglicus,  
eques auratus, 132.  
HANDERBECK v. Juél.  
[HANSA] v. Anseaticae civ.  
HARLEM v. Jacobson.  
HASZANUS, passe Sophiensis, 263.  
HAYDING v. Holte.  
HECKER Martinus, civ. Helsingorensis, 71.  
HEGELUNDT Severinus, civ. Viburgensis, 7.  
HELSINGBURGUM (Helsingborg), 78, 82.  
HELSINGÖR (Elsinore, Eltingora) Helsingoren-  
sis, 71, 74, 89.  
HELT Iacobus Pauli, navis ductor, 146.  
HENDERSON Thomas, Scotus, 15.  
HENRICUS Iacobi, civ. Gedan., 71.  
HIBERNIA (Hybernia), 92.  
HIEMSALA, 44.

HILBRANT Franciscus, canon. Varsaviensis et  
sect. regius, 213.  
HISPANIA, 3, 16, 144, 183.  
HÖSEN (Hörssen) Petrus de, 24, 28-9.  
HÖGHEN Just, 254.  
HOLCK Ditlev, 16.  
HOLLANDIA (Nederland), Hollandi (Hollandica),  
16, 111, 124, 171, 201, 206.  
HOLMIA, v. Stockholm.  
HOLSATIA (Holstein, Holstenn), 21, 63, 211,  
217-8, 224; *etiam passim in tit. reg.*  
HOLTE Andreas (« Baro Berneck de Mittenberg  
et Hayding »), 41.  
HOLTZE vom, GULDENBALCK Ioannes, secr. re-  
gus, 144.  
HONIG Petrus, navis ductor, civ. Gedan., 146.  
HORSTMAN Christian, factor Gedan., 184.  
HUNGARIA (Ungaria, Ungernn) Hungaricus, 3,  
127, 189, 214, 216, 242, 262-3.  
HYBERNIA v. Hibernia.

## I

IACOBI Petrus, navis ductor, civ. Gedan., 146.  
IACOBUS I (Jacob), rex Brit. *antea* Iacobus VI  
rex Scotiae, 15.  
IACOBUS Andreeae, civ. Gedan., 11.  
IAGELLO, 254.  
IANSEN v. Jansen.  
LAVOROVIA, 247-8, 253, 256, 264.  
ICZYNKI, 11.  
IFWARSON Bartill v. Ivarsson Bertil.  
ILSKI, missus reg. Pol., 176.  
INGRIA (Ingermanland) *passim in tit. reg.*  
INSULAE MAIOR ET MINOR v. Mariaeburgum.  
IOANNES III rex Pol., 243-262, 264-6.  
IOANNES III rex Sueciae (Jahan konung), 13,  
15, 17, 23, 26, 53.  
IOANNES CASIMIRUS (Johan Kasimier), princeps,  
*deinde* rex Pol., 123, 148, 190-218, 220-231.  
ISRAEL, generalis Sueticus, 201.  
IUNCKERTZEL, 139.  
IUTIA (Jutlannd), 44, 211.

## J

JACOB v. Iacobus.  
JACOBSON Henricus (Jacobsen Henrich), civ.  
Gedan., 74.  
JACOBSEN Peder van Harlem de Olde, 36.  
JAHAN v. Ioannes III rex Sueciae.  
JANSEN DONCKER Petrus, civ. Gluckstadiensis,  
159, 162.  
JANSEN Thomas, navis ductor, civ. Gedan., 146.  
JANSEN Vilhelmus, navis ductor, civ. Gedan.,  
146.  
JÄRPILÄ v. Grön.  
JEDDEN Offue v. Gjedde Ove.  
JOENSSON Claes v. Jonsson.  
JOHAN KASIMIER v. Ioannes Casimirus.  
JONAS Gottskalk, 74, 75.  
« JONAS », navis, 31-2.  
JÖNEKÖPING, 34.

JONSSON Nicolaus (Joensonn Claes) till Barck-  
enstorp, nob. Sued., 37.  
JUEL (IUËL) DE HANDERBECK Janus, reg. Daniae  
deputatus, 218-9.  
JUTLANND v. Iutia.

## K

KALMAR v. Calmaria.  
KALSOEN Christianus, proconsul Colbergensis,  
120.  
KARA MUSTAFA, supremus vesirus, 263.  
KARLL hertug v. Carolus dux Suderm.  
KEYT (Kitt) Andreas, nob. Scot. et Sued.,  
14-15.  
KIDD Willam, cap. nav. Sig. III, 31-2.  
KIEHL (Kilonia) Klehler 193-4.  
KIOVIA (Kyovia), *passim in tit. reg.*  
KINT Thomas, civ. Gedan., 178.  
KITHLICZ Leonardus, praefectus Cremonensis,  
(Krzemieniec), 7.  
KITT Anders v. Keyt Andreas.  
KLOKNER (Klekner, Klokker) Ioannes, civ.  
Gedan., 123, 154-5, 180.  
KNABSTRUP (Knappstärp) fundus, 83.  
KNYSZNIUM, 102.  
KØBENHAVN v. Hafnia.  
KOCHE Nicolaus, legatus regis Dan., 175.  
KOCHLER Martinus, civ. Gedan., 178.  
KÖHLER (Köhlen) Martinus, civ. Gedan., 198.  
KOCK (Coquus, Kochius) Nicolaus (Nyckel),  
factor Danicus, 128, 152.  
KOLDING v. Coldinga.  
KOPENHAGEN v. Hafnia.  
KORFFNIUS Nicolaus, castell. Vendensis, capit.  
Zygwultensis, 126-7, 147, 151.  
KOSCIERZYNSIS v. Denhoff.  
KOSTKA de Stemberg  
— Ioannes, advocatus Mariaeburgensis, 80.  
— Ioannes, thesaurarius Prussiae, 80.  
KRAGE Nielss, orator reg. Daniae, 19.  
KREMNECENSIS v. Wiśniowiecki.  
KRONE Adrianus, civ. Gedan., 89.  
KRONENBURGUM v. Coronaeburgum.  
KRZEMIENIEC (Cremonensis, Kremeneccensis), 7,  
111.  
Kwidzyn v. Quidzinum.

## L

LACKY Olovsson Jon (Olson Joen), cap. nav.  
Sig. III, 31-2.  
LANCICIA, 202.  
LANGHUNDICUS portus (Langesund), 185-6.  
LAPPONIA (Lappmarken), 19.  
LATINA, 70, 85, 211, 233, 257.  
LAURITZEN (Ioannes), 85.  
LAW Ioannes, residens regis Pol. in aula Da-  
nica, 131.  
LEIEL (Leiell) Frederik, 16.  
— Henricus till Gilhult, 35.  
LEIJONHUFVUD Axel (Axell), 18, 22.  
LEOPOLIS (Lemberg), 3, 199, 240.

- LIFFFLANDT *v.* Livonia.  
 LINDERHAUSEN Ioannes, civ. Gedan., 123, 190-1.  
 LINDHOLM *v.* Gyllenstierna.  
 LINSTOVIIUS Ioannes, 54.  
